cius ſe uberibus innectit:ſuctuq; continuo ſaginata longio in ſæculo ita celebri ſatietate ultima extuberat ut obſiſtere magnitudini eius nulla uis ualeat. Poſtremoque depopulatis animantibus regiones quas obſederit ad uaſtitatem cogit. Diuo Claudio principe in loco ubi uaticanus ager eſt in aluo occiſæ boæ ſpectatus ē ſolidus. infans. Italia lupos habet qui cæteris ſimiles non ſint: Homo quem prius ui derit conticeſſit: & anticipatus obtutu aſpectus nocentis licet clamandi uoluntatem habeat: non habet uocis miniſterium. Sciens de lupiſ multa prætereo. Spectatiſſimum illud ē ꝙ caudæ animalis huius uillus amatorius ineſt perexiguus: quem præſentaneo damno abiicit cum capi metuit: nec habet potentiam niſi uiuenti detrahatur. Coeūt lupi toto anno non amplius dies. xii. Veſcuntur in fame terra. At hi quos ceruarios dicimus ꝗuis poſt longa ieiunia repertas agre carneſ mandere ceperint. Vbi quid caſu reſpiciant obliuiſcuntur: & immemores præſentis copiæ eunt quæſitum quam reliquerūt ſatietatem. In hoc animalium genere numerantur & linces quarum urinas coire in duriciem præcioſi calculi fatentur qui naturas lapidum exquiſitius ſunt perſecuti: Iſtud etiam ipſas linces perſentiſcere hoc documēto probatur ꝙ egeſtum licorem ilico harenarum cumulis quantum ualent contegunt inuidia ſcilicet ne talis egeries trāſeat in noſtrum uſum ut Theophraſtus perhibet. Lapidi iſti ſuccini color eſt pariter ſpiritu attrait propinquantia: dolores renum ſedat: medetur regio morbo. Lygurium græce dicitur. Cicadæ apud reginos mutæ: nec uſquam alibi quod ſilētium miraculo eſt: nec immerito cum uicinæ quæ ſunt locrenſium ultra cæteras ſonitent. Cauſas Granius tradit: cum obmurmurarent illic Hercule quieſcente deum iuſſiſſe ne ſtreperent. Itaq; ex eo cœptum ſilentium permanere. Liguſticum mare frutices procreat: qui quantiſper fuerint in quarum profundis fluxi ſunt tactu prope carnulento. Deinde ubi in ſupra attolluntur naturalibus ſaxis derogati lapides fiunt. Nec ſolum qualitas illis: ſed & color uertitur. Nam puniceo protinus erubeſcunt. Ramuli ſunt qualeſ arborum uiſimus ad ſemipedem frequētius longos: rarum eſt pedaneos depræhendi. Excudūtur ex illis multa geſtamina. Habet enim ut zoraſtes ait materies hæc quādam poteſtatem. Ac propterea quicquid inde ſit habetur inter ſalutaria. Coralium alias dicunt. Nā Metrodorus gorgiam nominat: id ē quod reſiſtat typhonibus & fulminibus affirmat. Fruitur gemma in parte lucaniæ facie adeo iucunda ut languentes intrinſecus ſtellas & ſub nubilo renitentes croceus color perfundat. Ea quoniam in littore ſrytium inuenta primo eſt ſyrtites uocatur.

Eſt & ueintania gemma a loco dicta cui nigri coloris ſuperficies pro pria:quam ad gratiam uarietatis albi limites interſecant uenis candi datibus.Inſula quæ apuliæ oram uidet tumulto ac delubro Diome dis ii inſignis eſt:& diomedas aues ſola nutrit Nam hoc genus alitis præterq̄ ibi nuſq̄ gẽtium eſt:idq; ſolum poterat memorabile iudicari niſi accederent non omittenda forma illis peneq; fulicis color candi dus:ignei oculi ora dentata:cõgregatæ uolitant:nec ſine ratione pen gendi duces duæ ſunt quæ regunt curſum.Altera agmen anteit.alte ra inſequitur.Illa ut ductu certum iter dirigat.hæc ut inſtantia urge at tarditatem. Hæc in meátibus diſciplina eſt cũ fœtificum adeſt tem pus:roſtro ſcrobes excauãt. Deinde ſurculis inuerſum ſuppoſitis im mitantur texta cratium ſic contegunt ſubter cauata: & ne operimẽta deſint ſi forte lignorum cauſa uenti auferãt:hanc ſtruem comprimũt terra quam egeſſerant cum puteos excitaſſent. Sic nidos moliuntur biformi acceſſu nec fortuitu adeo ut ad plagas cæli metentur exitus uel ingreſſus. Aditus qui dimittit ad paſtus in ortum deſtinãtur:qui excipit reuertentes uerſus occaſum eſt ut lux & morãtes excitet: & re ceptui non denegetur.Leuaturæ aluum aduerſis flatibus ſubuolant quibus proluuies longius auferatur.Iudicãt inter aduenas.Qui græ cus eſt propius accedunt & quantum intelligi datur:uelut ciui blãdi us adulantur.Si quis erit gentis alterius inuolant & impugnant.Ae dem ſacram omni die celebrãt ſtudio eiuſmodi.A quis imbuunt plu mas:aliſq; impendio madefactis cõfluunt rorulẽte.Ita ædem excuſſo humore purificãt.Tunc pẽnulis ſuperplaudunt.Inde diſcedunt qua ſi peracta religione Ob hoc credunt Diomedis ſocios aues factos.Sa ne ante aduentum Aetholii ducis nomen diomedeæ nõ habebant. Inde ſic dictæ ſunt. Italicus excurſus per liburnos quæ gens aſiatica eſt procedit in dalmatiæ pedem.Dalmatia in limitem illyricũ in quo ſinu dardani ſedes habent:hoies extroiana pro ſapia in moreſ barba ros efferati.At ex altera parte per ligurum oram in narbonẽſem pro uinciã pergit in qua phocenſes quondã fugati perſarũ aduentu maſ ſiliam urbẽ olympiade quadrageſimaquinta condiderunt.Et.C.Ma rius bello cymbrico factis manu foſſis inuitauit mare:pernitioſamq; feruentis rhodani nauigationẽ temperauit.Qui amnis præcipitatus alpibus primum per heluetios ruit:occurſantium aquarũ agmina ſecũ trahens:auctuſq; magno ipſo quod inuadit freto turbulẽtior: niſi q̄ fretum uẽtis excitatur.Rhodanus ſæuit:& cũ ſerenus eſt atq; ideo in ter tres europæ maximos fluuios & hunc cõputant.Aquæ quoq; ſex tiæ eo loco claruerũt:quõdam hiberna cõſulis:poſtea exculta mœni bus. Quãtũ calor olim actior exhalatus per tempora europauit:nec

iam par eſt famæ priori. Si græcos cogitemus præſtat reſpicere liuíts tarentinum: Vnde a promontorio quod acroma phrygiam uocant. Archaiam curſum deſtinantibus citiſſima nauigatio eſt.

De inſulis & primum de corſica & catochite lapide. Ca.viii.

FLectendus hinc ſtilus eſt. Terrarũ uocant alia & longũ eſt ut moratim inſularũ oĩum oras legamus: quaſcũq; promõtoria italica proſpectãt q̃uis ſpanſæ receſſibus amœniſſimis & quo dã naturæ quaſi ſpectaculo expoſitæ nõ erant omittendæ. Sed quan tũ reſidendũ eſt ſi dilaris qua præcipua ſunt per quandã deſidiam aut pandatheriam aut prochytam dicamus aut ferri feracẽ iluam aut ca prariã quam græci ægilon dicunt: aut planaſiam de facie ſupinitatis ſic uocatã: uel ab Vlyxis erroribus: uel colũbariam auiũ huius nomi nis matrẽ. uel itaceſiam Vlyxis ut proditur ſpecula: uel ennariã inary men ab Homero nominatam: aliaſq; non ſecus lætas: inter quas corſi cam plurimi in dicendo latius circunuecti pleniſſima narrandi abſo luerunt diligentia nihilque omiſſum quod retractari nõ ſit ſuper ua cuũ: ut exordiũ incolæ ligures dederunt: ut oppida ibi extructa ſint: ut colõias ibi deduxerũt Marius & ſylla: ut ipſa liguſtici ſinus æquor alluat. Sed hæc faceſſant alii. Verũ ager corſicanus quod in eo agro ſo lus edit unicum eſt quem cathochitem lapidem uocant: fatu digniſſi mũ. Maior eſt cæteris qui ad ornatũ deſtinantur: nec tã gemma q̃ cau tes. Idẽ impoſitas manus detinet: ita ſe iunctis corporibus annectenſ ut cum ipſis hæreat a quibus tãgitur. Sed ei ineſt uellus uelut de glu tino lentiore neſcio quid parat gummi: Accepimus Democritũ ab deritem oſtentatione ſcrupuli huius frequenter uſum ad probandã occultã naturæ potentiã in certaminibus quæ cõtra magos habuit.

Sardinia de ſolifuga & hærba ſardinica. Ca.ix.

SArdinia quoque quã apud Timeũ ſandaliotin legius apud Criſippũ ichnuſam in quo mari ſita ſit. quos icolarũ auctoreſ hẽat ſatis celebre ẽ Nihil ergo attinet dicere ut Sardus ab her cule & norax a Mercurio ꝓcreati. Cũ altera a libya: alter ab uſque tar deſſo hiſpaniæ ĩ hoſce fiñs permeauiſſent: a Sardo terræ a Norace op pido nomẽ datũ. Mox Ariſteũ regnãdo his ꝓximũ in urbe corali quã cõdiderat ipe cõiũctio populo utriuſque ſanguinis ſeiuges uſque ad ſegẽtes ad morẽ cõiugaſſe imperiũ ex inſolẽtia nihil aſpernatas. Sed & hic Ariſteus iolaum creat: qui ad id locorũ agros ibi in ſedit. Præte rea: & ilienſes & locrenſes tranſeamus. Sardinia eſt quidẽ abſque ſer pentibus. Sed quid aliis locis ſerpens hoc ſolifuga Sardo is agris: ani mal p exiguũ q̃ araneæ forma Solifuga dicta q̧ diẽ fugiat. In metalliſ argentariis plurima eſt nã ſolũ illud argẽto diues eſt. Occultim repe

tat: & per imprudentiam ſuperſedentibus peſtem facit. Huic incom
modo accedit & hærba ſai donia quæ inde fluuius fontaneis proue
nit iuſto largior: Ea ſi edulio fuerit: ueſcentibus neruos contrahit: ri
ctu ora deducit: ut qui mortem oppetunt uelut ridentium facie inte
reant. Contra quicquid aquarum eſt uarie commodis ſeruit. Stagna
piſculentiſſima hybernæ pluuiæ in æſtimam penuriam reſeruantur.
Nam homo ſardus opem plurimã de himbrido cælo habet hoc col
lectaneum depaſcitur ut ſufficiat uſui ubi defecerint ſcaturigĩnſ quæ
ad uictum uſurpari ſolẽt. Fontes ſane calidi & ſalubres aliquot locis
efferueſcunt: qui medelas afferunt: aut ſolidãt oſſa fracta: aut moliũt:
aut abolent a ſoli fugis inſertum uenenum aut etiam ocularias diſſi
pant ægritudines. Sed qui oculis medentur: & coarguendis ualent
furibus Nam quiſquis ſacramẽto raptum negat lumina aquis obtre
ctat. Vbi periurum non eſt: cernitur clarius. Si perfidia abnuit detegi
tur facinus cæcitate & captus oculis admiſſum tenebris fatetur.

Sicilia in ea ſoli & aquarum memorabilia: & de archate lapide.

SI reſpiciamus ad ordinem temporum uel locorum poſt ſardi
niam res uocant ſiculæ. Primo ꝙ utraqꝫ inſula in romanum
arbitrium redacta his quidẽ temporibus facta prouincia eſt.
Cum eodem ãno ſardiniam. M. Valerius: alteram. C. Flaminius præ
tor ſortiti ſunt. Adde ꝙ freto ſiculo excipitur nomen ſardoi maris.
Ergo ſicilia ꝙ cum primis aſſignãdum eſt diffuſis promontoriis tri
quadra ſpecie figuratur. Pachinus aſpectus in peloponenſium & me
ridianam plagam dirigit. Pelorus aduerſa ueſpero italiam uidet. Li
lybeus in africam extenditur. Inter quæ pelorias præſtat temperie
ſoli prædicata: quod neque humido in lutum diluatur neqꝫ fatiſcat
in puluerem ſiccitate. Ea ubi introrſum recedit: & in latitudinem pã
ditur tres lacus obtinet. Quorum unus ꝙ piſcium copioſus eſt: non
equidem ad miraculum duxerim: ſed ꝙ ei proximas condenſis ar
buſtis inter uirgultorum opaca feras nutriat & admiſſis uenantibus
per terrenos tramites quibus pedeſtres acceſſus excipit duplicem pi
ſcandi uenandique præbeat uoluptatem. Inter memorabilia nume
ratur: tertium ara ſacrum approbat: quæ in medio ſita breuia diuidit
a profundis: qua ad eam pergitur crurum tenus peruenitur aqua.
Quod ultra eſt nec explorari licet nec attingi: & ſi fiat qui id auſus ſit
malo plectitur quantamqꝫ ſui partem ingurgitauerit: tantam it perdi
tum. Ferunt quendam in hæc ultra q̃ longiſſimam poterat ieciſſe li
neam. eam ut iecuperaret dum merſo brachio niſum adiuuat cada
uer manũ factam. Pelorıtana ora habitatur colonia taurominia: quã
priſci naxũ uocabant. Oppidũ Meſſana rhegio italiæqꝫ oppoſitũ eſt.

Quod rhegiũ a dehiſcendi argumento græci dictitabant. Pachinũ ſi nis & omnibuſ marinantibus piſculentiſſimũ. Pachino multa tynno rum ineſt copia: ac propterea ſemper captura larga. Lilybitano lilybe um oppidum decus eſt. Sybillæ ſepulchro. Sicaniæ diu ante troiana bella Sicanus rex nomen dedit: aduectus cum ampliſſima iberorum manu. Poſt ſiculus Neptuni filius. In hac plurimi corinthiorum: argi uorum: ilienſium dorienſium cretenſium confluxerunt. Inter quos & Dedalus fabricæ artis magiſter. Principem urbium ſyracuſas habet in qua etiã cum hiberna uertilantur ſerena nullo nõ die ſol eſt Adde ꝙ arethuſa fons in hac urbe eſt. Eminet montibus ætna & erice. Vul cano ætna ſacer eſt erix Veneri. In ætnæ uertice hiatus duo ſunt: cra teres nominati: per quos eruptatus erũpit uapor præmiſſo prius fre mi tuper æſtuãtes cauernarum latebras longo mugitu intra terre ui ſcera diu uoluitur: nec ante ſe flammarum globi attollunt: q̃ interni ſtrepitus antecedant. Mirum hoc eſt: nec illud minuſ quod in illa fer uentis naturæ peruicatia mixtas ignibus niues profert & licet uaſtis exundet incẽdus apicis canicie perpetua brumalẽ detinet faciẽ. Ita in uicta in utroq; uiolẽtia: nec calor frigore mitigatur: nec frigus calore diſſoluitur. Sunt & alii montes duo nebrodes & neptunius. & neptu nio ſpecula eſt in pelagus tuſcũ & adriaticũ. Nebrodi dãmarũ copia nomẽ dedit. Nebrodæ dãmæ hy muli gregatim peruagãtur. Inde ne brodes: Quicquid ſicilia gignit ſiue ſolis ſiue hois ingenio proximũ eſt his quæ optima iudicantur: niſi ꝙ fœtus terræ cẽturipino croco uincitur. Hic primũ inuẽta comœdia: hinc & cauillatio inimica in ſce na ſtetit: hinc modo Archimedes qui iuxta ſyderũ diſciplinã machia rius cõmentator fuit hinc Lais illa quæ eligere patriã maluit quã fa teri. Gentem cyclopũ uaſti teſtantur ſpecus. Leſtrigonũ ſedes adhuc ſic uocantur. Ceres inde magiſtra ſationis fructuariæ. Hic ibidẽ cam pus ætnenſis in floribus ſemper & omni uernus die. Quẽ prope ẽ de merſum foramen quo Ditem patrem ad raptus Proſerpine libere ex euntem fama eſt lucem auſum. Inter carinum ſyracuſas certamen eſt de illuſtrium fratrum memoria: quorum nomina ſibi diuerſæ par tes adoptant. Si catinenſes audiamus: Amaphius fuit & Amphimoni us: Si quod malunt ſyracuſẽ Mantia putabimus & Critonem Catinẽ ſis tamen regio cauſam dedit facto: in qua ſecum incẽdia ætnæ proru iſſent iuuenes duo ſublatos parẽtes euexerũt inter flãmas illeſi igni bus morũ memoriã ita poſteritas numerata eſt: ut ſepulchri locus no minaretur cãpus piorũ. De arethuſa & alpheo uerũ eſt hactẽus quod cõueniũ: fons & amnis fluminũ abũde uaria miracula. Dianã qui ad camerinã fluit niſi habitus pudice hauſerit nõ cohibet in corpus unũ

latex uineus & latex aquæ. Apud ſe geſtanos helbeſus in medio flu mine ſubita æſtuatione feruet. Ac idem quis dimiſſum ætna nullus frigore anteuertit: hiemereum celeſtes mutant plagæ. Amarus deni que eſt dum in aquilonem fluit: dulcis ubi ad meridiem flectitur. Quanta in aquis tanta nouitas in ſalinis. Salem agrigentinum ſi igni iunxeris ſoluitur uſtione: cui ſi liquor aquæ proximauerit crepitat ueluti torreatur. Purpureum ætna mittit. In pachino tranſlucidus in uenitur. Cætera ſalinarum metalla quæ ſunt aut agrigentino aut cen turipis proximantia funguntur cautium miſterio. Nam illinc excu duntur ſigna ad facies hominum uel deorum. Termitanis locis inſula eſt arundinum ferax: quæ maxime accomodæ ſunt in omnem ſonum tibiarum ſeu præcentorias facias: quarum locus eſt ad pluui naria præcinendi ſiue uaſcas quæ foraminum numeris præcentori as anteuertunt ſeu puellatorias quibus a ſono clariore uocamenda tur: ſiue gingricas quæ breuiores licet ſubtilioribus tamen modis in ſonant: aut miluinas quæ in accentus exeunt acutiſſimos: aut lydias quas & choranias dicunt: uel corinthias uel ægyptias: alias ue a muſi cis per diuerſa officia & nomina ſeparatas. In haleſina regione fons alias quietus & tranquillus cũ ſiletur: ſi inſonẽt tibiæ exultabundus ad cãtum eleuatur: & quaſi miretur dulcedinẽ uocis ultra margines intumeſcit. Geloniũ ſtagnũ tetro odore abigit proximãtes. Ibi & fon tes duo. Alterũ ſi ſterilis ſumpſerit fœcũda fiet. Alterũ ſi fœcũda hau ſerit uertitur in ſterilitatẽ. Stagnũ petrenſium ſerpentibus noxiũ eſt: hominibus ſalutare. In lacu agrigentino oleum ſupernatat: Hoc pin gue hæret arundinũ comis de aſſiduo uolutabro e quarũ capillamen tis legitur unguentũ medicũ contra armentarios morbos. Nec lõge inde collis uulcanus: in quo qui diuinæ rei operantur ligna uitea ſu per aras ſtruunt: nec ignis apponitur in hanc congeriẽ cũ poſitias in tulerint. Si adeſt deus: ſi ſacrum probatur ſarmẽta licet uirentia ignẽ ſponte concipiunt: & nullo inflagrãte a litato numine fit incendium. Ibi epulantes alludit flamma quæ fluxuoſis exceſſibus uagabunda quẽ contigerit nõ adurit. Nec aliud eſt quam imago nuncia perfecti rite uoti. Idem ager agrigẽtinus eructat limoſas ſcaturigines: & ut ue næ fontium ſufficiunt riuis ſubminiſtrãdis. Ita in hac ſiciliæ parte ſo lo nũquam deficiente æterna reiectatione terra terram euomit. Acha tem lapidẽ ſicilia primũ edidit in fluminis ripis repertũ nõ uilẽ cũ ibi tãtũ inueniretur. Quippe inter ſcribẽtes eũ uenæ naturalibus ſic notãt formis: ut cũ optimus ẽ uarias ꝓferat rerũ imagines. Vnde annulus pyrrhi regis qui aduerſis romãos bella geſſit nõ ignobiliſs famæ fuit cuius gẽma achates erat: i quo nouẽ muſæ cũ iſignibus ſuis ſingulæ

Et Apollo tenens cybaram uidebantur non impreſſis figuris ſed in genitis. Nūc diuerſis locis apparet. Dat terra quem coralli achatem uocant corallio ſimilem: ſed illitum guttis auro micantibus & ſcorpionum ictibus reſiſtentem. Dat india reddentem nunc nemorum nunc animalium facies. Quem uidiſſe oculis fauet: quomodoque intra os receptus ſedat ſitim. Sunt & qui uſti redolēt. myrrhæ odorem. Achates ſanguineis maculis irrubeſcit. Sed qui maxime probantur uitream habent perſpicuitatem ut cyprius. Nam qui ſunt facie cærea abundantes triuialiter negliguntur. Omnis ambitus huius inſulæ clauditur ſtadiorum tribus milibus.

De inſulis uulcaniis.

IN freto ſiculo ephiſtiæ inſulæ. xx v. mili. paſſuum ab italia abſunt: Itali uulcanias uocāt. Nam & ipſe natura ſoli ignea per occulta commerita aut mutuantur ætnæ incendia aut ſubminiſtrant: hic dicta ſedes deo ignium. Numero ſeptem ſunt. Liparæ nomē dedit rex Liparus qui eam ante Aeolum rexit. Alteram hieram uocauerunt. Ea præcipue uulcano ſacrata eſt: & plurimum colle eminētiſſimo nocte ardet. Strongile tertia Aeolidomus uergitur ad ſolis exortum minime angulosa quæ flammis liquidioribus differt a cæteris hoc efficit ꝙ ex eius fumo potiſſimum incolæ præſentiſcūt qui nam flatus in triduo ſint futuri. Quo factum ut Aeolus rex uentorum crederetur. Cæteras didymen eriſuſam phœnicuſam euonymon quoniam ſimiles ſunt dictas habemus.

Europæ ſinus.

TErtius europæ ſinus incipit a cerauniis montibus: deſinit in helleſpontum. In eo apud moloſſos ubi dodonei iouis templum eſt Tomarus mons: eſt circa radices nobilis centum fontibus ut Theopompo placet. In epyro fons ē ſacer frigidus ultra omnes aquas & ſpectatæ diuerſitatis. Nam in eum ardentem ſi immergas facem extinguit: ſi procul ac ſine igne admoueas ſuapte ingenio inflammat: Dodōe ut Maro dicit ſacra. Delphi cephiſo flumine: caſtalio fonte: parnaſi iugis celebris. Acarnania arachyntho eminet. Hanc ab ætholia pindus diuidit: qui acheloū parit cū primis græciæ amnibus ꝓditū ueteri claritate. Nec mirū cū inter calculos qbus ripæ eius micāt inueniat̄ galactites qui ſcrupulus ipſe cādidus ſi teratur reddit ſuccū ad lactis ſaporē. Fœminis nutrientibus illigatus fœcundat ubera: ſubnexus paruulis largiuſculos hauſtus facit ſaliuarū. Intra hos receptus liqueſcit. cū ſoluitur tātū memorie bonū perimit Quē poſt Nilū Achelous dat: nec alter alius propter oppidū patras

Odeſſa locus nomen colliū opacitate umbroſus & radiis ſolis fer me inuius nec aliam ob cām memorabilis. In locania ſpiraculū tenaron promontorium aduerſum Africæ: in quo phanū Metymnæi arionis quem delphine eo aduectū imago teſtis eſt ærea ad effrigiē caſus & ueri opis expreſſa preterea tempus ſignatum olympiade enim unde tricesima qua i certamine ſiculo idem Arion uictor ſcribitur id ipſum geſtum ꝓbatur. Eſt & oppidū tenarō nobili uetuſtate: ꝑterea aliquot urbes: inter quas leuctræ non obſcure iampridē Lacedemoniorū fœdo exitu amycle ſilentio ſuo quondam peſſundatæ. Sparta inſignis cum pollucis & Caſtoris templo. Tum etiam Otriadis illuſtris uiri titulis: therapne Vnde primum cultus diane pitane quam Archeſilaus ſtoicus inde ortuſ prudentiæ ſuæ merito in lucē extulit. Antia & Cardamile ubi quondam fuere Thyræ: nunc locus dicitur: In quo anno xvii. Regni Romuli inter locōas & argiuos memorabile fuit bellum Nam Taygeta mons & flumen Eurotas notiora ſunt q̄ ut ſtilo egeāt Inacus Achaiæ amnus argolicū ſecat tractum quē rex Inacus a ſe nominauit qui exordium argiue nobilitati primus dedit. Epidauro decus eſt eſculapii ſacellum: cui in cubantes ægitudinum remedia capeſſunt monitis ſomniorū Pallāteum Archadiæ quod pallatio noſtro ꝑ Euandrum arcada appellationē dederit ſat eſt admonere i qua montes cyllene & Lycatus menalus etiam diis alumniſ inclatuerunt inter quos nec herimantus in obſcuro ē flumen erymantus erimāto mōte demiſſus eſt: & Ladon ille Herculis pugne hic plane clareſcūt: Varro ꝓhibet fontē in archadia eſſe cuius interimit hauſtus. In eadem terrarum patre de auibus hoc ſolū eſt non indignū relatu cōperimus ꝙcū aliis locis merula furua ſit: circa cyllenem candidiſſima eſt. Nec lapide ſpreuerimus quem Archadia mittit: cui Albeſto nomē eſt ferri colore. Hic accenſus ſemei extingui nō pōt. In megarenſiū ſinū Iſtmos exit ludis quiquēnalibus & delubro neptūi inclytus. Quos ludos ea ꝑꝑ inſtitutos fuerūt ꝙ finibus quinque peloponeſi ore alluūtur A ſeptentrione Ionio: ab occidēte ſiculo a brumali occidēte egeo. a ſolſtitiali oriente myrtoo. a meridie cretico. hoc ſpectaculū ꝑ Cypheſelum tyrannum intermiſſum corinthii olympiade quadrageſima nona ſolemnitati priſtine reddiderunt. Cæterum peloponeſſon a Pelope regnata nomen inditio eſt. Ea ut platani folium receſſibus & prominētiis figurata diuortium facit inter Ionium & Egeum mare quattuor nō ampliuſ milibus deſiſtens utrūq; littus ex curſu tenui quē Iſtmos dicunt ab anguſtiis hinc: Hellas incipit quam proprie uerā uolūt eſſe græcam quæ nūc Actica: ante prius dicta Ibi athene cui ubi ſaxa ſchyronia ꝑpinqua ſunt porrecta ſex milibus paſſuū ob honorem ultoris

Theſei. & memoriam nobilis pene ſic nominata: Et iſtis rupibus Ino
ſe cũ palemone filio in ꝓfunda præcipitem iaculata auxit maris numi
na Hæc atticos montes in ꝑtem tacebimus eſt icarius. eſt Briſeus ē Li
cabeius & Egialus. Sed Hiemitio merito ac iure attribuit̃ pricipatus
ꝙ apprime florulentus eximio melliſſapore & externos oẽs & ſuoſ ui
cit. Calirhoen ſtuperit fontem: nec ideo Croneſon fontem alterum
nullius rei numerant Athenienſibus iudicii locus ē ariopagus & Ma
rathon campus iactus memorabilis opinioue prœlii cruẽtiſſimi. Et
multæ quidem inſulæ obiacent atticæ cõtinenti: Sed ſubrane ferme
ſunt Salamis Sunium Chios Choos: quæ ut Varro teſtis eſt: ſubtilio
ris ueſtis amicula arte lanifice ſcientie primo inornatũ fœminarum
dedit. Boetia thebis eminet Thedas condidit Amphion: nõ ꝙ lyra ſa
xa duxerit neq; .n. par eſt id ita geſtum uideri: ſed ꝙ affactus ſuauita
te homines rupiũ incolas: & incultis moribus rudes ad obſequii ciuiſ
lis pellexerit diſciplinam. Vrbs iſta numinibus apud ſe ortis gloriat̃:
ut perhibent qui ſacris carminibus herculem & libenum celebrant.
Apud thebas helicon lunus eſt. citheron ſaltus ãnis hiſmennſ fortes
Arethuſa edipodia. phamate dirce. ſed ante alios Aganippe & Hip
pocrene: Quos Cadmus litterarũ primus repertor dum rimatur quæ
nam adiiſſet loca qm̃ equeſtri exploratione deꝑhendiſſet incenſa eſt
licentia poetarũ ut pariter utrũq; uulgarent. Scilicet ꝙ eorũ alter ali
tis equi unguicula ſollicitatus foret alter potatus facũdia animas irri
garet. Et ꝙ aperta foret alitis eq̃ ungula: & ꝙ potini ſuſpitionem face
rent litterariam. Eubora inſula laterũ obiectu efficit aulidis portum
qui ſiculis traditur graie coniurationis memoria Boetii idem ſunt q
leges fuerunt: per quos defluens ceſiſos ãnis ſe in maria cõdit. In hac
continẽtia Opuntius ſinus lariſſa oppidũ Delphis amne quoq; ĩ qua
Amphiarai fanum & fidiace ſignum diãæ Varro oppinatur. Duo in
boetia eſſe flumina natura licet ſe pari miraculo tñ non diſcrepante:
Quorum alterũ ſi ouillum pecus debibat pullũ fieri coloris ꝙ indue
rit. Alterius hauſtu quæcunq; uellerũ fuſca ſunt in candidũ uerti. Ad
didit ẽt uideri ibi puteum peſtilentẽ cuius liquorem qui hauſerit bi
bat mortẽ. perdices ſane cum ubiq; libere ſint ut aues uniuerſe: in boe
tia non ſunt nec cum uolant ſui ſunt iuris. Sed in ipſo aere quas trãſi
re nõ audeãt metas: habẽt. Inde ultra notatos iam terminos nunquã
exeunt: nec in atticũ ſolũ trãſmeant. hoc boetiis ꝓprium: nã quæ cõia
ſunt oĩbus generatim poſt ꝑſequemur. Continenſ aperdiribus nidiſ
munitiõe ſolerti & ꝓualida. Spineis .n. fructibus ac Surculis receptus
ſuos neſtiunt: ut animalia quæ eam infeſtant arceantur aſperitate ſur
culorũ. Ouis ſtragulũ puluis eſt atq; clanculo reuertũtur ne inditium

loci conuerſatio frequens faciat: Plerūq; fœmine tranſuehunt partu ut mareſ fallant:qui eos affligunt impatientibus ſæpiſſime adulantes. Dimicatur circa connubium.uictoſq; credunt fœminarū uice uenerē ſuſtinere. Ipſas libido ſic agitat:ut ſi uentus a maſculis flauerit fiāt pregnantes odore. Tunc ſi quis hominū ubi incubant propinquabit egreſſe matres uenientibus ſeſe ſponte offerunt & ſimulata debilitate uel pedum uel alarū quaſi ſtatim capi poſſint greſſus fingunt tardioreſ hoc mendatio ſollicitant obuios & eludunt quoad prouecti longius auidis auocentur. Hæc in pullis ſtudiū ſegnius ad cauendū. Cū.n. uiſos ſe perſentiſcunt reſupinati glebulas pedibus attollunt: quarū obtentutā callide proteguntur:ut lateant etiā deprehenſi.

De theſſalia & macedonia & philippi oculo.

Teſſalia eadē eſt & hemōia q̄ Hōerus Agros pelaſgi cognominat. Ybi gēitus eſt Helles:a quo Reges hellenes nomiati huius a tergo. Pyeria ad Macedōiā pertēditur quæ deuicta ſub Macedonū uēit iugū. Multa ibi oppida: flūina multa. De oppidis egregia ſūt Pthia. Lariſſa. Theſſalia & Thebe. De amnibus Peneus: qui præteroſſa olympūq; decurrēs collibus dextra leuaq; molliter curſus nemoroſis cū cōuallibus Theſſalia teſlua facit. quæ & tēpe dicūtur: undiſq; apertioribus Macedōiā & gneſiā interluēs in thermeū ſinū cōdit Theſſaliæ ſunt pharſalici cāpi in quibus ciuiliū intōuerūt procelle. Ac ne in mōtes notos eamus pindū & Othrim celebrāt:qui laphittarū originē pſequūtur. Oſſa quos cētaurorū fabulis imorati iuuat peliō autē nuptiale cōuiuiū Thedidiſ atq; pelei intātū noticiæ obtulit ut taceri de eo magis mirū. Nā olympū ab Homero nō per audaciā celebratū docēt quæ in eo uiſitātur primū exceleti uertice tātus attollitur ut tegmina eius cælū accolæ uocēt. Ara eſt in cacūine ioui dicata: cuius altaribus ſi qua de extis inferūtur nō diffiātur uētoſis ſpiritibus:nec pluuiis diluūtur. ſed uoluēte altero anno cuiuſmodi relicta fuerint eiuſmodi reperiūtur. Et omnibus tēpeſtatibus a caruptelis auratū uindicatſ quicquid ibi ſemel eſt de eo cōſecratū littere incinere ſcripte uſq; ad alterā anni cerimōiā permanēt in regione magneſia othmōa oppidū ſitū eſt ꝗcū obſideret Philippus Alixādri macedōis magni pater dānatuſ eſt oculo iactu ſagite q̄ iecerat Aſter. Oppidāus inſcriptā ſuo nomina loca uulneris nomine quē petebat populū.iſtū callere arte ſagittaria credere poſſumus:uel de philotetea quōiā mœlibea in hoc pede cōputatur. Sed ne trāſeāus p̄ſidiū poetarū fōs Libethrius:& ipſe magneſie ē.

De Macedonia & olympo monte & lapide peante.

QVi Edonii quōdā populi:quæq; migdonia erat terra aut. pierium ſolum uel hemathium nec omne uniformi uocabulo

Macedonica res eſt & partitiones quæ ſpecialiter ante a ſe iungebūt macedonio nomini cōtribute facte ſūt corpus unum igitur Macedoniam pcingit Thracius limes meridiana Theſſaliæ. Epirote tenent a ueſperal plaga dardani ſunt & illyrii: qua ſeptentrione tunditur peonia & a paphlagonia protegitur. A tribalis montanis exceſſibus. Aquilonio frigori obiecta. inter ipſam & Thratiam ſtrimon annis facit terminum qui ab hemi iugis irrigat. Terū ut ſileam aut Rhodopē Migdonium mōtem: aut Athon claſſicus pſcis nauigatū. cōtinētiq; abſciſſum mille qngētorū paſſuū longitudine ſimul de auri uenis & argēti que optime inagris Macedōum & plurime erunt. Oriſtidem populi dicā ſunt q ut. Oreſtide dicerent inde cœptum a Micenis pfugus matricida cum abſceſſus longias deſtinaſſet natum ſibi in emathia paruulum de Hermiōa quam in omnes caſus ſociam abſtruerat hic mādauerat occulendum. Adoleuit puer i ſpiritu Regii ſanguinis nomē patris ſui referens. Occupatoque quicquid eſſet quod pcedit in Macedonicum ſinum & Adriaticum ſalā terram cui imperitauerat oreſtidem dixit. Admōet flegra ubi ante q̄ oppidum fierit rumor eſt militiam mundi dimicatam cū gigātibus: Vt penitus perſequamur quātis probationibus ibidem imperii inditia diuinæ expeditiōis in hoc ſeculo pſeuerauerit. Illic ſi quando ut accidit nimbis torcētes excitant & aucta aquarum pōdera ruptis obicibus ualētius ſā in cāpos ruunt. Eluuione oſſa etiam nunc fertur detegi quæ ad inſtar corporis ſūt humani ſed modo grandiora: quæ ob enormem magnitudinem monſtroſi exercitus iactitant extitiſſe. idq; adiuuatur argumeto ſaxorum immanium quibuſ oppugnandum cælum crediderunt. Pergā ad reſidua quæ in Theſſaliam & Heminiam porriguntur. Sunt enim erectiora q̄ uſquā proceritas mōtana attolli ualet. Nec ē interris omnibus quod merito ad iſtas eminentias comparatur. quippe quas ſolaſ diluuialis irriptio cum uniuerſa obduceret humido ſitu in acceſſas reliquit. Durāt ueſtigia non languide fidei qubuſ appareat hos locoſ ſupſtites undoſæ tempeſtatis fuiſſe. Nam in latrebroſis rupiū cauaminibus que fluctum conflictis tunc adeſa ſunt rediuiue. Conchiliorum reſederūt: & alia multa quæ affatim mari incitu expuūtur: ita ut ſint licet facie Mediterranea apparent tamē ſpecie littorali. Nunc de incoliſ reddam Emathius qui prius in emathia accepit pricipatū ſeu quia in dago originis eius euo diſpertit: ſeu quia alta ita res eſt genuinus terræ hēt. Poſt hūc macedōii exortū Emathie nomē pſtitit Sed Macedo deuocatiōi mīnus nepos q ſolus cū dōus ſue fāilia mortis publice ſuperfuerat uertit uocabulū macedoniāq; a ſe dixit macedonē Carāuſ inſeqt Dux pelopōeſſiace multitudinis q iuxta rñſū datæ a deo ubi ca

prarium pecus reſediſſe aduerterat urbem condidit:quam dixit.Ege as.In qua ſepeliri reges mos erat : nec excellentium uirorum buſtis apud Macedonas priſcus dabatur locus.Succedit Carano perdica ſecunda & trigeſima olympiade primus in Macedonia Rex nominat Cui Alexander Amynthe filius diues habitus eſt : Nec immerito ita .n.affluentur ſucceſſus eius ampliandis opibus proficiebant : ut ante omnes Appollini delphos.ioui elidem ſtatuas aureas dono miſerit. Voluptati aurium indulgentiſſime deditus ſicut plurimos qui fidibus ſciebant dum uixit in uſum oblectamenti donis tenuit liberalibus .Inter quos & pindarum Lyricum: Ab hoc archelaus regnum excepit prudens rei bellice.naualium etiam commentor prœliorum. Is Archelaus intantum litterarum mire amator fuit ut Euripide tragico conſiliorum ſummam crederet.Cuius ſuprema non cõtentus pro ſequi ſumptum fueris : crimen tonſus eſt & merorem quem animo conceperat uultu publicauit.Idẽ Archelaus phitias & olympiacas palmas quadrigis adeptus:græco potiuſ animo quam regali gloriã iliam preſe tulit:poſt Archelaũ Macedonia res diſſentiõe lactata in Amynthe regno ſtetit.Cui tres liberi:ſed Alexãder patri ſuccedit. Quo exẽpto perdice primo data copia regia poteſtatis adipiſcendi qui obiens hereditarium regnum fratri philippo reliquit. Quem captum oculo dextro apud Mothonam ſupradiximus : cuiuſque debilitatis omen præceſſerat.Nam cum nuptias ageret acciti tibicineſ carmen cyclopeum quaſi de colludio concinuiſſe traduntur. Hic philippus magnum procreat Alexandrum:quamlibet olympias Alexandri mater nobiliorem ei patrem acquirere affectauerit:cum ſe coitu draconis grauidã affirmaret. Ita tantum ipſe egit ut deo genitus crederetur peragrauit orbem rectoribus Ariſtole & Caliſtene uſus ſubegi At ſiam Armeniam.Hiberiam·Albaniam. Capadociam: Siriam.Aegyptum tuarum caucaſumque tranſgreſſus eſt:baſtros domuit.Mediuſ & perſis imperauit: cepit indicam emenſus omnia quæ liber & Hercules acceſſerãt fore ſupra hominem auguſtiore ceruice celſa letis oculis & illuſtribus malis ad gratiam rubeſcentibus reliquis corporis membris non ſine maieſtate quadam decorus . Victor omnium uino. & ira uictus. Sic ut morbo uiolentie apud Babylonẽ humiliore quã uixerat fortuna exẽptus eſt pŏſt quẽ fuerũt magis ad ſegetem Romanæ gloriæ q̃ hereditatẽ tanti nominis ortoſ inuenimus.Macedonia lapidẽ gignit quẽ peantẽ uocãt hũc eundẽ cõcipiẽtibus . & parientibuſ opitulari fama prodiga eſt Circa Tyreſiæ ſepulchrum plurimis inuenitur.

De Thracia & thracum moribus & gruibus & harundinibus & Iſtmo. Capitulo.xiiii.

N Vnc in Tracia locus eſt pergere:& ad ualidiſſimas Europæ gẽtes uela obuertere: Quas qui ſedulo experiri uelint nõ diffi-culter depræhendet Thracibus barbaris ineſſe contemptum uitæ & ex quadã natutalis ſapientiæ diſciplina Cõcordant omnes ad interiũ uoluntariũ: dũ nõnu li eorũ putant obeuntiũ animal reuerti. Alii nõ extingui: ſed beatas magis fieri. Apud plurimos luctuoſa ſũt puerperia. Deniq; recẽtem natũ fletu patens excipit. Contra uerſum læta ſunt funera: adeo ut defunctos gaudio proſequantur. Vxorum nuncro ſe uiri iactant. & honoris loco ducunt multiplex coniugium. Quæ fœmine tenaces ſunt pudicitiæ defunctorũ inſiliunt coniugiũ rogas & quod maxime inſigne ducunt caſtitatis præcipites in flam-mas eunt. Nupture nõ parentum arbitratu tranſeunt ad marito: ſed qua pre cæteris ſpecie ualent ſub taxari uolunt & licent ia taxationis admiſſa nõ moribus nubũt præmiis. Qua forme præmit dedecus do tibus emunt quibus coniungantur Vterq; ſexus epulante focos am-biunt. herbarũ quas habent ſemine ignibus ſupiacto. Cuius nidore perculſi pro læticia habent imitari ebrietate ſenſibus hebitatis. De ritu iſta ſufficiunt de locis & populis quæ ſequuntur. Strymonem ac-colunt dextero latere. Denſe latebeſſorum quoq; multa nomina ad-uſq; Neſtum amnem qui radices pangei circunfluit hebrum odryſa-rum ſolum fundit: qui fluuius excurrit inter prianas delongos thyn nos chopilos alioſq; barbaros tangit:& Cyconas Deinde henius ſex milibus paſſuum arduus. Cuius aduerſa Mœſi Gete ſarmate Scythe & plurime inſidunt nationes. Ponticum littus Sitonia gens obtinet. quæ nato ibi Opheo uate decuſ inter iudicatur principeſ Quem ſiue ſactorum ſiue cantuum ſecreta in ſperchio promontorio agitaſſe tra dunt. Deinde ſtagnũ Byſtonium nec lõge regio malonea: In qua Tyrtida oppidũ fuit equorũ. Diomedis ſtabulũ:: ſed ceſſit euo ſolũq; tur ris ueſtigiũ adhuc durat. Inde nõ procul urbs abdera quã Diomedis ſoror & condidit & a ſe ſic uocauit. Mox Democriti domus phiſici ac ſi uerũ dicetur iõ nobilior. hanc abderã olympiade pria & triceſima ſe nio collapſam Clazomenii ex aſia ad maiorem faciem reſtitutã oblit-teratis quæ ꝑceſſerant nomini ſuo uindicauerunt Locũ doriſon illu-ſtrem reddidit Xerſis aduentus ꝙ ibi recenſuit militis ſui numerum Polydori tumulũ oſtendit hemus in patre quem Aratores Scythe ce-lebrant. Quondã urbẽ Garamã cathiron uocãt Barbari. Vnde a grui-bus pigmeos fuerunt pulſos. Manifeſtum ſane in ſeptẽtrionalem pla gam hyeme frequentiſſimas conuolare. Nec piguerit meminiſſe qua tenus expeditiones ſuas dirigant & ſub quodam millitiæ eunt ſigno & ne pergentibus ad deſtinata uis flatuũ renitatur. harenaſ deuorant

ſublatiſque lapillulis admoderatam grauitatem ſaburrant. Tunc ſe tollunt in altiſſima: ut de excelſiori ſpecula metentur quas petant terras fidens meatu preit cateruas: Volatus deſidiam caſtigat uoceq; cogit agmen. Ea ubi obraucata eſt ſuccedit alia pontum tranſiture angustias captant. Et quidem eas promptum eſt oculis depræhendere inter tauricam & paphlagoniam. ideſt inter carabim & metapontum Cum trans medium auleum aduentaſſe ſe ſciunt ſcrupulorum ſarti na pedes librant. Ita nautæ prodiderunt pluere ſæpe ex illo caſu. Lapillulis harenas non prius reuomunt quam ſecure ſedis ſuæ fuerint Concors. cura omnium primo fatigatis adeo ut ſique defecerit: congruant uniuerſæ: Laſſataſque ſuſtollant uſque dum uires ocio recuperentur. Nec in terra cura ſenior excubias nocte diuidunt ut ex ſummis ſit decima quæque. Vigileſque ponduſcula digytulis amplectuntur: quæ ſi forte exciderint ſumnum coarguant. Quod cauendum erit clangore indicant. A etatem in illis prodit color. nigreſcunt ſenectute. Veniemus ad promontorium Ceraſcriſeon lyzantio oppido nobile antea ligos dictum: quod a dirachio abeſt ſeptingentis undecim milibus paſſuum. Tantum enim patet inter adriaticum mare & propontidem. In cenenſi quoque regione non longe flauiopoli Colonia bitie oppidum quandam Areatu Regis nunc inuiſum & in acceſſum hyrundinibus & deinceps alitibus aliis quanquam athebas quod illa mœnia ſæpius capta ſunt aſpernentur ſubire. Nam inter cæteras habere illas quod dam precium inge noſcitur quod lapſura nō petunt culmina & aſpernātur peritura quo quomodo tecta. Minime certe adiris auibus impetuntur: nec nunquam præda ſunt Vt ſacre cibos non ſumunt reſidentes ſed in aere cupiunt eſcas & huriunt. Alter iſtmos in Thracia eſt ſimilibus anguſtiis & pari latitudine arcti maris Cuius littora urbes utrique ſecus oſtentant propontidis ora inſignit pacti e malanenſium Cardiaque quod in cordis facie ſita ſit: dicta cordia eſt. Omnis belleſpontus ſtringitur in ſtadia ſeptem quibus ab europa aſiaticam plagum uindicat hic quoque urbeſ due Abidos aſiæ & Seſtos europæ. Deinde contraria inter ſe promōtoria maſtuſia cherſoſſi: ubi finitur europæ ſinus tertius ſigeum aſiæ in quo tumulus eſt: ut dicunt: cynoſe me dictus hecube ſepulchrum: & turris protheſilari delucro data. finibus thraciæ a ſeptentrionæ hiſter oſtenditur. ab oriente pontus ac propontis a meridie egeum mare.

De claro inſula & mirabilibus quæ in creta ſunt: & de cati ſto & delo & diluuio & coturnicibus.

INter Tenedū & Chiū eſt claros inſula qua egeus ſinus pan-
ditur ab dextra antandrum nauigantibus ſaxū eſt.hoc.n.ue-
rius q̄ inſula meruit cognominari id quoniā uiſentibus ꝓcul
capre ſimile creditur:quā græci egā nuncupant, egeus ab eo ſinus di-
ctus eſt A phalario corcyre ꝓmontorio ad nauis effigie:ſcopulus emi
net in quā transfiguratā Vlixis nauē crediderūt. Cithereæ a malea ab
quinq; militibus paſſuū ꝓphiris ante nomē fuit.

De creta inſula.

PRotinus eſt Cretam dicere q̄ abſoluere pronius in quo mari
iaceat ita.n.circūflui illlius noīa græci permiſcuerūt:ut dū aliis
alia inferūt pene oblimauerint uniuerſa Quantā poſſimus ta
mē in deſignāda fide operā locabimus:ne quid hereat ſub ancipiti In-
ter ortū porrigitur & occaſum tractu lōgiſſimo.Hinc græcia.inde cy-
renis ob iacētibus.A ſeptētriōe egeris & ſuis id eſt creticis eſtibus uer
beratur.Ab uſtro libycis undis perfuditur:& egyptiis cōſtipata centū
urbibus ſicut ꝓhibēt qui ꝓdige lingua locuti ſunt: ſed magnis & am
bitioſis oppidis.Quorū principatus eſt penes cortinā Cydoneā con-
ſon.therānas ſchylioſon doſiades eā a certe nympha heſperidis filia.
Anaximāder a crete rege curetū Cretes ſieriā prius dictā mox curetū
nomē nonnulli etiā a temperie cæli Macaronexon appellatam ꝓdide
runt prima mari ponit nauibus & ſagitis prima litteris iura unxit pyr
rhico reptore.Equeſtres turmas prima docuit laſciuas uertigenes im
plicare. Ex qua diſciplina bellice rei uſus cōualuit Sudium muſicum
inde cœptū cum Idei dactili modulos ac crepitu tinnitu aeris depræ-
henſos in uerſificū ordine tranſtuliſſent:Albet iugis montium dicti
nei & Cadiſtii:qui ita ex candeſcunt:ut eminus nauigātes magio pu
tent nubila præter cæleros Ida eſt qui ante ſolis ortū ſolem uidet Var.
in opere quod de littoralibus eſt etiā ſuis temporibus affirmat ſepul
chrū iouis ibi uiſitatum.Cretes Dianā religioſiſſime uenerantur:Bri-
tomarrem gentiliter nominantes:quod ſermone noſtro ſonat uirgi-
nem dulcem: Edem numinis præter q̄ nudus ueſtigio nullus licito i
greditur.Ea edes oſtentat manus Dedali: Cortinā annis leneus præ
terfluit.quo Europam tauri dorſo cortini ferūt uectitatā Hideni corti
ni & Cadmum collunt Europæ fratrem ita enim memorant.Videtur
hic & occurrit ſed die iam ueſperato anguſtiori ſe facere uiſēdum of
ferens Gnoſii mineruam ciuem deam numerant: primumque apud
ſe fruges ſatus affirmant:audacter cum Atticis contēdentes.Ager cre
ticus ſilueſtrium caprarum copioſus ē.ceruo eget.Lupos uulpes alia
q; quadrupedum noxiam nuſquā educat.Serpes nulla larga uitis mi
ra ſolis indulgētia arborarii ꝓuentus abūdātes Nam in huiua tātum
inſulæ ꝑte repululant ceſæ cupreſſi.herba ibi eſt quæ alimos dicit ea

admorſa diurnā famē prohibet proinde & hec cretica eſt Phalangio aranei genus ē. Si uiſum quæras:nulla uis corporis. Si poteſtatē ictuum hominē ueneno interficit. Lapis quoq; ideus dactylus dicitur inſulæ iſtius alumnos coloris ferrei:humano pollici ſimilis. Auem noctuā Creta nō habet:& ſi inuehatur:emoritur. Cariſtos aquas calētes habet:quas elopias uocāt Et cariſtias aues quæ flamas impune inuolant. Carbaſa etiā quæ inter ignes ualent. Calthis eadē habita ē apud priſcos:ut callidemus auctor eſt:ere ibi primū reperto. Tytanas in ea antiquiſſime regnaſſe oſtendunt ritus religionū. Briateo eni rē diuinā cariſtii faciūt.ſicut egeoni calchidenſes. Nā omnis ferme Euboea tytanū fuit regnum. Cycladas autumāt inde dictas:quia licet ſpatiis longioribus a delo proiecte:in orbē tamen circa delū ſite ſunt. Orbē Cyclon grai ferunt. Chios homeri tumulo cæteras antecedit. Meminiſſe hoc loco par eſt poſt primū diluuiū Ogygii temporibus notatum:cū nomen & amplius menſibus diem cōtinua nox inumbraſſet Delon ante oēs terras radiis ſolis illuminatam ſortitāq; ex eo nomē ꝙ prima reddita foret uiſibus.Inter. Ogygium ſane & Deucaliōem mediū euū dcc.annis datur. Eadem eſt & Orthygia quæ clariſſima ē in cycladum numero multifarie traditur. Nūc aſteria a cultu Appollinis:nūc a uenantibus lagya uel Cinthopirpile etiā:quoniā tabula ibi & ignis inuenta ſunt. In hac primū uiſæ coturnices aues quaſ Orthygias græci uocāt.has eaſdē in latone tutela eſtimāt cōſtituraſ:nec ſemper apparent:adueniendi habent tēpora eſtate depulſa. Cū maria tranant impetus differunt ex metu ſpacii longioris uires ſuas nutriunt tarditate. Vbi terrā perſentiſcunt coeunt cateruatim:deinde globate uehementius properant. Quæ feſtinatio plerunq; exitiū portat nauigantibus·Accidit eni in noctibus & uela incidant:ut impulſis ſinibuſ alueos inuertāt:auſtro nūq̈ exeūt. Nā metuūt uim flatus tumidioris plurimū ſe aquilonibuſ credūt:ut corpora pinguiuſcula atq; eo tarda facilius proueat ſiccior & uehemētior ſpiritus. Orthygontra dicitur quæ gregē ductitat. Eadē terræ proximantē ſpeculatus rapit. Ac propterea opera eſt uniuerſis ut ſollicitent ducē generis externi per quā fruſtrentur prima diſcrimina. Cibos gratiſſimos habent ſemina uenenorum Quam ob cauſam eas damnauere prudentium menſæ. Solum hoc animal præter hominem morbum patitur comitialem.

De Euboea. Paro. Nixo. Icaro. Melo. Carphato. Rhodio. Lenno.

EVboea tam modico eſtu diuidua eſt a boetie cōtinentiæ : ut dubitandum ſit an numerari inter inſulas debeat. Nam latequam uocāt terræ pōte iungitur:& per fabricam breuiſſime machinæ aditur pede ceneo promōtorio uadit in ſeptentrionē duo

bús aliis in meridiem extēditur. Quorum gereſtos ſpectat Atticam Caphareus prominet in helleſpōtum Vbi poſt Ilii excidiū argiuam claſſem uel mineruæ ira: uel ꝙ certior prodit hyſtoria ſydus arcturi grauibus affecit caſibus marmore paros nobilis ab delo oppido frequentiſſime prius tamen minoia quā paros dicta. nam ſubacta a Minoe quoad in Creticis manſit legibus Minoiam loquebātur. præter marmora dat & Sardam lapidem qui marmore quidem præſtat iter gemmas uero uiliſſimus ducitur Naxon a delo duodeuiginti milia paſſuum ſeparant: in qua Strongile oppidū. Sed naxos dionyſias quā naxos peius dicta. uel ꝙ hoſpita libeco patri. uel ꝙ fertilitate uitium uincat cæteras. Sunt ꝑterea cyclades plurimæ: ſed in ſupradictis præcipuum eſt quod memoriæ debeatur. De Strophadibus eſt & Icaros quæ Icaro mari nomen dedit: hæc inter Samum & hiconum procurrentibus ſaxis inhoſpita ac nullis finibus portuoſa ob inhumana littora infamis eſt. Vult ergo Varro Icarum certe ibi naufragio interiſſe & de exitu hominis impoſitum nomen loco. Nam in ſamo nihil nobilius q̈ Pythagoras ciuis. Qui mox offenſus ſtatu tyrannico relicta domo patria a Bruto cōſule qui reges urbe exegit italiam aduectus ē melos: quam Calimachus Mellanidam dixit omnium inſularum rotondiſſima eſt iuxta Eoliam. Nam a carputus ipſa eſt a qua carphatium ſinum dicimus. Nunqua ita cælum nubilum: eſt ut in ſole Rhodos non ſit. Lemnii uulcanū colunt: ideo in Lēno Metropolis Epheſia præterea oppidum myrrhina in cuius finibus mons athos in macedonam umbram iacit. Quod non fruſtra inter miracula notauerūt cum Athos a Lemno ſex & octogita milibus paſſuum ſeparetur. Eſt ſane athos ſublimis adeo: ut altior eſtimetur quam unde hymbres cadunt. Quæ opinio eo fidem concepit: ꝙ inaris quas in cacumine ſuſtinet nunquā cineres eluuntur: nec quicquam ex ageribus ſuis perdunt. ſed in quo relicti fuerint tumolo permanent. In ſummo oppidum Acroton fuit: in quo dimidio longior quam in aliis terris incolētium ætas prorogabatur. Ideo inde homines Macrobios græci noſtri appellauere longeuos.

De quarto Europæ ſinu.

De helleſponto. Propontide. Boſphoro & elephantis.

q Vartus Europe ſinus ab Helleſpōto incipit: meotidis hoſtio terminatur: atq; omnis hæc latitudo quæ Europā Aſiāq; diuidit in ſeptē ſtadiorum anguſtias ſtringitur. Hic eſt helleſpontus. Hac Xerſes ponte nauibus facto permeauit. Tenuis deinde euripus porrigitur ad Aſiæ urbē priapū: quā magnus Alexāder potiūdi orbis amore tranſcēdit: & potitus eſt. Inde diffuſus equore parentiſſimo rurſus

ſtringitur in propontidem. Mox in quingentos paſſus coartatur. Fi
Boſphorus Thracius qua Darius copias traduxit: hæc profunda del
phines plurimos habent: in quibus cauſæ miraculi multiformes Ante omnia nihil uelocius habent maria ſic ut plerūq; ſalientes tranſuolent uela nauium. Quo coheant cōiuges euagantur. Catulos edunt. Decimus mēſis maturum facit partum. Lucinam eſtiuus dies ſoluit Vberibus fetus alūt. Teneros in faucibus receptāt. Inualidos aliquā tiſper proſequuntur in triceſimum annum uiuūt: quod exploratum eſt in experimentum caudis amputatis. Ora non quo cæteræ beluæ loco habent: ſed ferme in uentribus. Contra naturam aquatilium ſoli linguas mouent: Aculeate ſunt ſpine dorſi eorum. Cum ira ſubiacet inhorreſcunt. Cum animi conquieſcunt quibuſdam receptaculis operiuntur. Spirare eos in aquis negant: & uitales auras non niſi in aere ſupero recipere: pro uoce gemitus eſt ſimilis humano. Certū ſ habent uocabulum quo accepto uocantes ſequuntur. nā proprie ſymones nominantur. Voces hominum aquilonis flatu celerius audiunt. Contra auſtro ſpirante auditus obſtruuntur. Mulcentur muſica: gaudent cantibus tibiarum. Vbicunq; ſimphonia eſt gregibus aduentāt Diuo Auguſto principe in campania delphinem puer fragmētis panis primo illexit: & in tantum conſuetudo ualuit: ut alendum ſe etiā manibus ipſius crederet. Mox cum profluxiſſet puerilis audacia ītra ſpacia eum Lucrini lacus uectitauit. Vnde effectum ut a baiano littore equitatem puerum puteolos uſq; perueheret. hoc per annos plurimos tam diu geſtum eſt: donec aſſiduo ſpectaculo deſineret miraculum eſſe quod gerebatur. Sed ubi obiit puer ſub oculis publicis deſiderio eius mœrore delphin interiit: Pigeret hoc aſſeuerare niſi Mecenatis & fabiani multorumq; præterea eſſet litteris comprehēſum. In africo mox littore apud Hipponem Diorrhitum delphin ab Hipponienſibus paſtus tractandum ſe præbuit: impoſitos quoq; frequēter geſtauit: nec populi tantum manibus acta res eſt. Nam & proconſul affricæ flauianus ipſe eum contigit: unguentis etiam delibuit. Quia odoris nouitate obſopitus aliquantiſper pro exanimi iactitatus eſt: multiſq; mēſibus deſciuit a ſolita cōuerſatiōe Apud laſum urbē Babyloniæ puerum delphinus adamauit. Quem dum poſt aſſueta colludia recētem impatiētius ſequitur harenis inuectus & hæſit. Alexander magnus amorem illum numinis fuiſſe īterpretatus pfecit puerū neptūi ſacerdotio iuxta eādem urbem ut heres ſidonius auctor eſt. Alium puerum Hermiam nomine per maria ſimiliter inſidentem cum undioſior fluctus necauiſſet delphin ad terram reuexit: & uelut fateretur reatum: penitentiam ſuam morte mulctauit: nec reuerti

uoluit amplius in profunda. Suppetunt & alia exempla ut Arionem transſeamus: cuius exitũ annalium comprobauit fides. Ad hæc ſi quã do laſciuiũt noui fœtus a maioribus dat̃ adultior gregi cuſtos. Quo magiſtro eludere impetus incurſantium beluarũ adiſcant: quanquã ibi præter focas rara belua eſt plurimus tymnus in põto: nec alibi pe ne fœtificant. Nuſquã enim citius adoleſcunt. ſ. ob aquas dulciores. Illabuntur ueris tempore: intrãt dextero littore: leuo exeunt: hoc in de accidere credunt: quod dextris oculis acutius cernunt q̃ ſiniſtris.

De hiſtro flumine. Fibro pontico & Gemma pontua.

h Iſter germanicis iugis oritur: effuſus monte qui in rauracos galliæ aſpectat: Sexaginta amnes in ſe recipit: omnes ferme nauigabiles. Septem hoſtiis põtum influit. Quorum primũ peuce. Secundum naracuſtoma. Tertium caloſtoma. Quartum pſeu doſtoma. Nam Baryoſtoma ac deinde Spireoſtoma quintum uideli cet & ſextum lãguidiora ſunt cæteris. Septimum uero pigrum ac pa luſtri ſpecie nõ habet quod amni comparetur. Priora quattuor adeo magna ſunt: ut per longitudinem quadraginta milium paſſuum nõ miſceantur equori dulcemq; hauſtum incorrupto detinent ſapore. Per uniuerſum pontum fiber plurimus: quem alio uocabulo dicunt caſtorem. Lintris ſimilis eſt: animal morſu potentiſſimum adeo: ut cũ hominẽ inuadit conuentum dentium non prius laxet q̃ concrepuiſ ſe perſenſerit oſſa fracta. Teſticuli eius appetũtur in uſum medelarũ: iccirco cum urgeri ſe intelligit: ne captus proſit ipſe geminos ſuos de uorat. Mittit põtus: & gemmas quas a patria ponticas dicimus gene re diuerſo. Quippe aliæ aureas. Aliæ ſanguineas habent ſtillas: & hæ quidem inter ſacras habentur. Namq; oſtentationi potius q̃ uſui dili gũtur. Non guttis aſperſe ſunt: ſed longis colorũ ductibus liniuntur.

De hippani amne & exampeo fonte.

Amnis hippanus oritur inter auchetas Scythicorum amnium princeps: purus & hauſtu ſaluberrimus uſq; dum calipdum terminis inferatur. Vbi fons exãpeus infamis eſt amara ſca turigine. Qui exampeus liquido admixtus fluori amnem uitio ſuo uertit: adeo ut diſſimilis ſibi in maria cõdatur. Ita inter gentium opi niones fama de Hippane diſcordat: qui in principiis eum norũt: præ dicant: qui in fine experti ſunt: non iniuria excreantur.

De Boriſtene amne & Scythis & naturæ canum & Smaragdo lapide & criſtallo.

Apud neuros naſcit̃ Boriſthenes flumẽ iquo piſces egregii ſa poris & qbus oſſa nulla ſunt nec aliud quã Cartilagĩes tener rimæ. Verũ Neutri: ut accepimus: æſtatis temporibus ĩ lupos

tranſfigurantur. Deinde exacto ſpacio quod huic ſorti attributũ eſt:in priſtinam faciem reuertũtur. Populis iſtis deus Mars eſt:pro ſimulachris enſes colunt homines uictimas habẽt:oſſibus adolent ignes focorũ. Geloni ad hos proximant. De hoſtium cutibus & ſibi indumẽta faciunt:& equis ſuis tegmina. Geloniis Agathyrſi collimitantur ceruleo picti colore fucatis in ceruleũ crinibus:nec hoc ſine differentia nam quãto quis altero præſtat:tanto propenſiore nota tingitur:ut ſit inditium humilitatis minus pingi. Poſt Antropophagi quibus execrãdi ſibi ſunt humana uiſcera. Quem morẽ impie gentis adiacentiũ terrarũ prodit triſtiſſima ſolitudo:quos ob nefariũ ritum finitime nationes metu profuge reliquerũt: & ea cauſa eſt ꝙ uſq; ad mare quod thybin uocant per longitudinẽ eius ore,quæ eſtiuo orienti obiacet ſine homine terra ſit : & immenſa deſerta quoad perueniatur ad ſeres chalibes & Dace in parte Aſiathycæ ſcythiæ crudelitate ab immaniſſimis nihil diſcrepãt. At albani in mora agentes qui poſteros ſe Iaſonis credi uolunt albo crine naſcuntur: canitiem habẽt auſpicium capillorũ. Ergo capitis color genti nomen dedit. Glauca oculis ineſt pupilla ideo nocte pluſquam die cernũt. Apud hos populos nati canes feris omnibus obiciuntur frangunt tauros:leones perimũt: detinẽt quicquid obiectũ eſt. Quibus ex cauſis meruerunt etiã animalibus tradi.

Legimus petenti indiã Alexandro rege Albaniæ duos miſſos: Quorũ alter ſues ſibi & urſos oblatos uſq; adeo ſpreuit:ut offenſus de generi præda ignauo ſimilis diu accubaret. quẽ per ignorantiã uelut inertẽ Alexander extingui imparauit. Alter uero monitu eorũ qui donũ proſecuti erãt leonẽ miſſum necauit. Mox uiſo elephanto notabiliter exultans beluam primo fatigauit:Deinde cũ ſummo ſpectantiũ horrore terræ afflixit. hoc genus canũ creſcit ad formã ampliſſimam terrificis lattatibus ultra leonum rugitus inſonans:hæc ſunt de canibus albanis:reliqua communia uniuerſis. Dominos equaliter canes omnes diligunt:ſicut exemplis palam factum eſt. In epiro deniq; domini percuſſorem in cœtu agnitum latratu canis prodidit. Iaſolitio interfecto canis ipſius aſpernatus cibum media obiit . Lyſmachi regis canis flãmis ſe iecit accenſo domini rogo:& pariter igni abſumptus eſt. Garamantum regem ducẽti canes ab exilio reduxerunt prœliati aduerſus reſiſtẽtes. Colophonii & caſtabalenſes canibus in bella productis primas acies inſtruebant Appio Iunio: Publico Sicinio cõſulibus damnatum dominũ canis cum abigi nõ poſſet comitatus in carcerem mox percuſſum ululatu proſecutus eſt . Cũq; ex miſeratione populi Romani poteſtas ei cibi fieret ad os defuncti eſcam tulit. Vltimo deiectum in thybetim cadauer adnans ſuſtẽtare conatus eſt. Ca-

nes ſoli nomina ſua recognoſcunt:itinerum meminerũt.Indi coitus
tempore in ſaltibus canes fœminas religant:ut cum his tygres coeãt
Quarum ex primis cõceptibus ob nimiam feritatem inutiles partus
iudicant itidem ſecundos tertios educant. Egyptii canes e nilo nun
quam niſi currentes lambitant:dum a corcodillis inſidias cauent. In
ter Antropophagos in aſiatica parte numerantur Eſſedones: qui &
ipſi nefandis polluuntur inter ſe cibis.Eſſedonum mos eſt parẽtum
funera cantibus proſequi:& proximorum corrogatis cetibus cadaue
ra ipſa dentibus laniare:pecudumq; carnibus mixta dapes facere: ca
pitum etiam aſſa auro incincta in poculorum tradere miniuerſum.
Scythotauri pro hoſtiis cedunt aduenas Homades pabula ſequũtur
Georgii in europa ſiti agros exercent Aſiate perinde in europa ſiti
neque mirantur aliena:neque ſua diligunt.Satarche uſu auri & argẽ
ti damnato in eternum ſe a publica auaritia abdicauerunt.Scytarum
interius habitantium aſperior ritus eſt. Specus incolunt:pocula non
ut Eſſedones:ſed de inimicorum capitibus moliuntur. Amant prœ
lia interemptorum cruorem ex uulneribus ipſis bibunt.Numero ce
dium honor creſcit:quarum expertem eſſe apud eos prophanum ẽ:
hauſtu mutui ſanguinis fœdus ſanciunt.non ſuo tantum more : ſed
medorum quoque uſurpata diſciplina.Bello denique quod geſtum
eſt olympiade nona & quadrageſima : anno poſt illum captum ſex
centeſimo quarto inter Aduatem Lidum & Aſtiagem medii regem
hoc pacto firmata ſunt iura pacis. Colchorum urbem diſcoriadem
amphitus & Circius Aurige caſtoris & pollucis condiderunt : a qui
bus hemocorum gens exorta eſt. Vltra ſauromatas in Aſia ſitos qui
Mitridatis latebram prodiderunt: & qui originem medis dederunt
confines ſunt thalii his nationibus quas ab oriente cõtingunt caſpii
maris fauces.Quæ fauces mirum immodum uacuantur himbribus
creſcũt eſtibus Hemocorum mõtes. Araxen mõſcorum phaſindem
gignũt.Sed Araxes breuibus ĩteruallis ab Eufratis ortu caput tollit:
ac deinde in Caſpium fertur mare. Arimaſpi circa geſſolitron poſiti
uniocula gẽs ẽ.Vltra hos & ripheum iugum regio eſt:aſſiduis obſeſ
ſa niuibus:quam pterophorõ dicũt. Quippe caſus cõtinuarum prui
narum quiddam ibi exprimit ſimile pẽnarũ. Damnata pars mũdi &
a rerum natura in nube eterne caliginis merſa:ipſiſq; prorſus aquilo
ni cõceptaculis rigẽtiſſima. Sola terrarum nõ mouit uices temporũ:
nec de cælo aliud accipit q̃ hyemem ſempiternam. In aſiatica ſcythi
ca terre ſunt locupletes inhabitabiles tamẽ. nã cum auro & gemmis
affluant griphes tenẽt uniuerſa alites ferociſſime & ultra omnem ra
biem ſeuientes.Quorũ immanitatẽ obſiſtente aduenis acceſſus diffi

cilis:ac ratus eſt. Quippe uiſos diſcerpunt uelut geniti ad plectendã auaritiæ temeritatem. Arimaſpicum his dimicant: ut intercipiant lapides:quorum non aſpernabimur perſequi qualitates. Smaragdis hic locus patria eſt: quibus tertiam inter lapides dignitatem Theophraſtus dedit. Nam licet ſint & Egyptii & calcedonii & medici & laconici:præcipuus honor eſt ſcythicis. Nihil his iucundius:nihil utilius uidẽt oculi. In primis uirent ultra aquaticum gramen:ultra amicas herbas. Deinde obtutus fatigatos coloris reficiunt leuitate. Nam uiſus quos alterius gẽmæ fulgor retuderit ſmaragdi recreant & exacuunt. Nec aliã ob cauſam placuit ut non ſculperentur ne offenſum decus imaginum lacunis corrumperentur. quamquam qui uerſus ẽ difficulter uulneretur. probantur hoc pacto ſi aſpectus tranſmutatur. Sed cum globoſi ſunt proxima ſibi inficiũt aere repercuſſo: aut cum concaui ſunt inſpectantium facies æmulentur ſi neq; umbra neque lucernis neque ſoli mutantur. Optimos tamen ſortiuntur ſitus quibus planities reſupina eſt & extenta. Inueniuntur etheſiis flatibus. Tunc enim detecto ſolo facillime internitent. Nam etheſiæ plurimũ harenas mouent. Alii minus nobiles in commiſſuris ſaxorum uel in metallis ærtaris apparent:quos calcoſmaragdos nuncupant: Vitioſi eorum intrinſecus quaſdam ſordes habent ue plumbo uel capillamentis uel etiam ſali ſimiles. Lauantur auſterolmero:ſed uiridi proficiunt oleo quamuis natura imbuantur. Et cyaneus lapis a ſcythia eſt optimus ſi cerulio coruſcabit:cuius gnari in marem & fœminam genus diuidunt. Fœminis nitor purus ẽ. Mares punticulis ad gratiam interlucentibus & auratilis puluiſculus uariat. Iſtic eſt & chriſtallus: quem licet pars maior europæ & particula aſiæ ſubminiſtret præcioſiſſimum tamen ſcythia edit. Multus ad pocula deſtinatur nam fert calorem præcipue quamlibet nihil aliud quam frigidum pati poſſit ſexangulus inuenitur. Qui eligunt puriſſimum captant. ne quid ruffum neue nubilum uel ſpumis obſitum arceat perſpicuitatem. Tũc ne duricia iuſto propenſior obnoxium fragilitati magis faciat. Putant glaciem coire & in criſtallum corporari ſed fruſtra. Nam ſi ita foret nec alabanda aſiæ nec cyprus inſula hanc materiam procrearent: quibus regionibus citatiſſimis calor eſt. Liuia Augusti ad pondus quingentum quinquaginta librarum inter capitolina dona chriſtallum dedicauit.

De hyperboreis.

FAbula erat de hyperboreis & rumor irritus ſi q̃ illinc ad nos uſq; fluxerũt temere forẽt credita: Sed cũ probatiſſimi aucto

tes & ſatis uero idonei ſententias pares faciant:nullus falſum reformidet quod de hyperboreis loquimur. Incolũt prone pterophoron quem ultra aquilonem accepimus iacere gens beatiſſima. Eam aſiæ quidam magis quam europæ dederunt. Alii ſtatuunt mediam inter utrũq; ſolem antipodum occidẽtem & noſtrum renaſcentem. Quod aſpernatur ratio tam uaſto mari duos orbes interfluente. Sunt igitur in europa apud quos mundi cardines eſſe credunt. & extremos ſyderum ambitus ſemeſtrem lucem aduerſum tãtum una die ſolem:quã q̃ exiſtant qui putãt nõ quotidie ibi ſolem ut nobis ſed uernali æquinoctio exoriri autumnali occidere. Ita ſex menſibus infinitum diem ſex aliis continuam eſſe noctem. De cælo magnam clæmẽtiam auræ ſpirant ſalubriter nihil noxii flatus habent. Domus ſunt nemora uel luci. In diem uictum arbores ſubminiſtrant. Diſcordiam neſciũt. Aegritudine non inquietantur. Ad innocentiam omnibus æquale uotum. Mortem accerſunt:& uoluntario interitu caſtigãt obeundi tarditatem. Quos ſaties tenet uitæ epulati delibutiq; de rupe nota præcipitem caſum in mare profundum deſtinant. Hoc ſepulturæ genus optimũ arbitrantur. Aiunt etiam ſolitos per uirgines probatiſſimas primitias frugum Apollini delio miſſitare. Verum hæ quoniam perfidia hoſpitium non illibatæ reueniſſent deuotionis q̃ peregre proſequebantur pontificium mox intra fines ſuos receperunt.

De arympheis tygridibus pantheris parthis.

Altera in aſia gens eſt ad initiũ orientis æſtiui:ubi deficiunt riphœorũ montiũ iuga hyperboreis ſimiles:quos dicunt arympheos. Et ipſi arbuſtorum frondibus gaudent. Bacchas edũt iuxta uiros ac fœminas tedet criniũ. Itaq; uterq; ſexus comas tondet. Amant quietem:non amant lædere. Sacri habentur:attrectariq; eos etiam a ferociſſimis nationibus nefas ducitur. Quicunq; periculum a ſuis metuit:ſi ad arympheos tranſfugerit tutus eſt uelut aſylo tegatur. Vltra hos cimerii & gens amazonum porrecta ad caſpium mare: quod dilapſum per aſiaticæ plagæ terga ſcythicum irrumpit oceanũ ſed magnis deinde ſpaciis intercedentibus hoſtia oxi fluminis hyrcani habent. Gens ſiluis aſpera:copioſa immanibus feris:fetaq; tygridibus. Quod beſtiarũ genus inſigne macolis notæ:& pernicitas memorabile reddiderunt:fuluo nitent:hoc fuluum nigrantibus ſegmẽtis nitet undatum uarietate apprime decet pedum motus neſcio uelocitas an peruicatia magis adiuuet. Nihil tam longum eſt:quod nõ breui penetrẽt:nihil adeo antecedit quod nõ illico aſſequãtur. ac maxime potẽtia earũ probatur cũ maternis curis incitãtur:cũ catulorum inſiſtunt raptoribus. Succedãt ſibi equites licet:& aſtu quãta libet fu

ga moliri prædam uelint niſi in præſidio maria fuerint fruſtra eſt au ſum omne. Notantur frequentiſſime ſi quando latrones ſuos aſpor tatis catulis renauigantes uident. In littore irritata rabie ſedare præci pites uelut propriam tarditatem uoluntaria caſtigantes ruina quam quam defœtu uniuerſo uix unus queat ſubtrahi panthere quoque numeroſæ ſunt in hyrcania minutis orbiculis ſuperpicte ita ut ocula tis ex fuluo circulis uel cerculea uel alba diſtinguatur tergi ſupelles: Tradunt odore earum & in contemplatione armenta mire affici atq; ubi eas preſentiſcant properato cõuenire: nec terreri niſi ſola oris tor uitate. Quam obcauſam panthere abſconditis capitibus quæ corpo tis reliqua ſunt ſpectanda præbent. ut pecuarios greges ſtupidos in obtutu populentur ſecura uaſtatione. Sed hircani ut hominibus in tentatum nihil. eſt frequentius eas ueneno q̃ ferro necant. Aconito carnes illinũt: atq; ita per compita ſpargunt ſemitarum. Quaſ ubi eſæ ſunt fauces earum ſagina obſidentur. Ideo gramini nomen pardali cem dederunt. Sed pantheræ aduerſus hoc uirus excrementa huma na deuorant: & ſua pre ingenio peſtem reſiſtunt. Lenta illis uiuacitas adeo ut eiectis interraneis mortem diu differant. In his ſilueſtribus & pardi ſunt ſecundum a pantheris genus noti ſatis: nec latius exe quendi. Quorum adulterinis coitibus degeberantur partus leæna tum & leones quidem procreantur: ſed ignobiles.

Unde maria mediterranea oriantur.

QVoniam in ponticis rebus ſumus. non erit omittendum un de mediterranea maria cuput tollant. Exiſtimant enim qui dam ſinus iſtos gaditão freto naſci. Nec aliam eſſe originem q̃ inundationem æſtuantes oceani: Cuius ſpiritu peruagãte apud ali quot mediterranea littora ſicut in italiæ parte fieri acceſſus uel receſ ſus. Qui contrarium ſentiunt omnem illum fluorem aiunt a ponticiſ faucibus inundare: idque fulciuut argumento non inani: ꝙ æſtus e ponto profluus nunquam reciprocetur.

De inſulis ſcythicis & oceano ſeptentrionali: & ſpatiis inter ſcythaſ & indos formis hominum ceruis tragelaphys.

INſula apolloniorum. lxxx. mili. paſſuum abeſt a boſphoro thratio citra hiſtrum ſita. Ex qua. M. Lucullus Apollinem no bis capitolinũ extulit. Ante botiſtenem Achillis inſula eſt cũ æde ſa cra: quã ædem nulla ingredit͛ ales: & quæ forte aduolauerit raptim fuga properat. Oceanum ſeptentrionalem ex ea parte qua a ꝑpaniſſo amne ſcythiace alluitur. Hecateus amalchium appellat. quod gẽtis il lius lingua ſignificat congelatũ mare. Philemon a cimbris ad ꝓmon torium rubeas mourim maruſã dicit uocari: hoc eſt mare mortuum.

Vltra rubeas quicquid eſt cronium nominat mare. Mare autem caſpium ex altero ponti latere ultra maſſagetas appalleos ſcythas eſſe in aſiatica plaga dulce hauſtu ſicut Alexandro magno probatū eſt Mox que Pompeo magno qui bello mitridatico ſicut commilito eius Varro tradit ipſis hauſtibus periclitari fidem uoluit. Id euenire produnt e numero fluminum quorum tanta copia ibi confluit ut naturam maris uertant. Non omiſerim quod per idem tempus eidem magno lecuit ex india diebus octo a bactris uſque dalerion flumen quod influit oxum amem peruenire: De inde mare caſpium: Inde per caſpium ad cyri amnis penetrare fluentum: qui hiberiæ & armeniæ fines interluit. Itaque a cyro diebus non amplius quinque itinere terreno ſubuectis nauibus ad alueum faſidis petendit. per cuius excurſus in pontum uſque uenientes indiam liquido probatum eſt inuchi poſſe. Auctor eſt Xenophon Lampſacenus a littore ſcytharum inſulam albaciam petentibus triduo nauigari eius magnitudinem immēſam & pene ſimilem continenti. Nec longe ocenas ſeparari: quas qui habitant uiuunt ouis auium marinarum & auenis uulgo naſcentibus per inde alias prope conſtitutas æque inſulas quarum hippopodas indigenæ humana uſque ad ueſtigium forma in equinos dedes deſinūt. Eſſe inſulas & phaneſiorum gentem quorum aures in effuſam adeo magnitudinem dilatentur. ut reliqua uiſerum illiſ contegant. Nec adminiculum aliud ſit quam ut membra membranis aurium ueſtiant: Antequam digrediamur ab ſcythia religio eſt nō præterire quæ nam peculiares ibi ſunt feriæ ſcythicæ. Cerui plurimi in hac terra: Igitur ceruos perſequemur: Mares generis huiuſce cum ſtatutum tempus uenerem incitauit ſæuiunt rabie libidinis efferati. Fœmine licet prius conſeruantur: nō cōcipiunt ante arcturi ſydus. Nec qualibet partuſ ſuos educant teneros ſtudioſe occulunt: & abſconditos inter profunda fruticū uel hærbarum pedum uerbere caſtigant ad latendū Cum marturuerunt ad fugam robur: exercito docēt. curſus: & aſſueſcūt ſalire per abrupta. Acceptis canum latratibus ſecūdum uentos auias dirigunt ut odor cum ipſiſ recedat. Mirantur ſibilum fiſtularum: rectis auribus acutiſſime audiūt: ſumiſſis nihil. Stupent omnia: propterea facilibus obuios ſe præbent ſagittantibus. Si maria tranāt nō aſpectu petunt littora ſed olfatu. Infirmos ponunt in ultimo: & laſſorum capita clunibus per uices ſuſtinent. E cornibus ꝙ dextrum fuerit efficacius eſt ad medelam. Si fugare angues geſtias: utum uelis ruras Quæ uſtrina præterea nidore uitium apetit ac detegit: ſi cui ineſt morbus comitialis. pro ætate ramulos augent. Id incremētū in ſex annos perſeuerat. Deinceps numeroſiora non poſſunt fieri cornua: poſſunt craſ

ſiora.Quæ quidem caſtratis nunq̄ creſcunt nec tamē decidunt . Den
tes indicant ſenectutem cum aut pauci inueniuntur aut nulli ſerpen
tes hauriunt:& ſpiritu narium extrahūt de lateribus cauernarum Di
ptamum ipſi prodiderunt:dum eo paſti excutiunt accepta tæla . Hær
bam quoq; quā cinarem uocant contra noxia edunt gramina. Aduer
ſus uenena mirificum eſt hinnuli corculum occiſi in matris ſuæ ute-
ro.Patuit eos nunquam febreſcere.Quam ob cauſam confecta ex me
dullis eorum unguenta ſedant calores hominum languentium.Le-
gimus plurimos matutinis diebus ceruinam carnem deguſtare ſoli-
tos ſine febribus longæuos fuiſſe.quod demum proderit ſi uno uul
nere fuerint interempti : Ad dignoſcendam uiuacitatem Alexander
magnus torques plurimis ceruis innexuit.Qui poſt annum centeſi-
mum capti:necdum ſenii inditium præferebant.Eadem pene ſpecie
ſunt quoſ tragelaphos dicunt.Sed non alibi quam circa faſidem appa
rent tantūq; illi uilloſoſ habent armos & mēta promiſſis hirta barbis.

De germania & eius fontibus de uris & alce & ſucci-no & ceraunio albo.

MOns ſuccinus ipſe ingens nec ripheis minor collibus initium
germaniæ facit.Hunc ingynones tenēt:a quibus primis poſt
ſcythas nomē germanicum conſurgit.Diues uirorum terra frequēs
populis numeroſis & immanibus.Extenditur inter hyrcinium ſaltū
& rupes ſarmatarum. Vbi incipit danubio:ubi deſinit rheno perfun
ditur.De internis eius partibus albaguthalus inſula amnes altiſſimi
præcipitantur in oceanum. Saltus hyrcincus amnes gignit:quarū pē
næ per obſcurum emicant & interlicent : q̄uis obtenta nox denſet te
nebraſ.Vnde homines loci illius plerūq; nocturnos excurſus ſic deſti
nant ut illis utantur ad præſidium itineris dirigendi : præiactiſq; per
opaca callium pennis rationem uiæ mōderantur inditio plumarum
refulgentiū.In hoc tractu ſane & in omni ſeptētrionis plaga uiſonteſ
frequentiſſimi : qui boues feris ſimiles ſetoſi colla:iubis horridi . Vl-
tra tauros pernititate uigentes capti aſſueſcere manu nequeunt.Sunt
& uri : quos imperitum uulgus uocat bubalos . cum bubali pene ad
ceruiam faciem in africa procreētur . Iſtis porro quos uros dicimus
taurina cornua in tantum modum protenduntur ut dempta ob inſi
gnem capatitatem inter regias menſas potuum gerula fiant. Eſt & al
ces mulis comparādæ:adeo propenſo labro ſuperiore ut niſi recedenſ
in poſteriora ueſtigia paſci non queat.Gangauia inſula e regione ger
maniæ mittit animal quale alces:ſed cuius ſuffragines ut elephantis
flecti nequeunt:propterea nō cubat cum dormiendū eſt.Tamen ſom
nolentam arbor ſuſtinet quæ prope caſura ſecatur.Vt fera dum aſſu

etis fulcimentis innititur faciat ruinam.Ita capitur. Alioquin difficile eſt eam manu capi. Nam in illo rigore poplitum incomprehenſibili fuga pollet. De germanicis inſulis Gangauia maxima eſt. Sed nihil in ea magnum præter ipſam. Nam Gleſaria dat chriſtalum. Dat & ſuccinum. Quia ſuccinum Germani gentiliter uocant gleſum. Qualitas materiæ iſtius ſummatim antea. Germanico autem Cæſare omnes germanie oras ſcrutante comperta arbor eſt pinei generis: Cuius medialе autumni tempore ſuccino lachrymat. Succum eſſe arboris de ſignificatione nominis capeſſas pinum uero unde ſit genitum ſi uſſetis ipſius ſucci odor indicabit precium opere eſt ire longius ne padaneæ ſilue credantur lapidem fleuiſſe hanc ſpeciem illyricum barbari intulerunt. Quæ cum per pannonica commertia uſu ad trāſpadanos homines foret delata. Quod ibi primum noſtri uiderāt. Ibi etiam natam putauerunt. Munere Neronis principis apparatus omnis abſq; ſuccino in ornatus eſt: nec difficultet cum per idem tempus ſtredecim milia librarum rex germāiæ dono ei miſerit. Rude primum naſcitur & corticoſum: Deinde incoctum adipa latentis ſuis expolitur ad quē uidemus nitorem pro facie habet nomen amelleum dicitur & falernum utrunque de ſimilitudine aut uini aut utique mellis. In aperto eſt ꝙ rapiat folia: ꝙ trahat paleas: ꝙ uero medeatur multis uitalium incommodis medētium docuit diſciplina. Et india habet ſucciuum: ſed germania plurimum optimumque quoniam ad inſulam gleſariā reperitur: ut iā ſuperius dictū. nā in germaniæ continentibus gallica: reperitᷣ quam gemmam arabicis anteponunt. Vincit. n. gratiam Arabes quidem dicunt eam non alibi reperiri quam in nidis auium quā melancorieos uocant. Quod nullus recipit: cum apud germaniæ populos quamuis rara in ſaxis tantum appareat. Honore: & precio ad ſmaragdos uiret pallidum nihil iucundius aurum decet. Ceraunioꝝ porro genera diuerſa ſunt. Germanicum candidum eſt ſplendet tamen ceruleo: & ſi ſub diuo habeas fulgorem rapit ſyderum.

De gallis meſia & oleo medico:

GAlliæ inter rhenum & pireneum item inter oceanum & montes gebennam ac liren porrigūtur fœlices præpinguibus glebis ac commode prouētibus fructuariis pleræq; conſitæ uitibus & arbuſtis. Omnia ad uſum animātium fœtu beatiſſima. Riguæ aquis fluminum & fontium. Sed fontaneis interdū ſacris ac uaporātibus: Infamantur ueneni periculo ritu incolarū qui ut aiūt ueri. n. periculū nō ad me recipio de teſtabili ſacrorū ritu nō ad honorē: ſed potius ad iniuriā religiōis humanis litāt hoſtiis. Ex iſto ſinu quoquo orbe uelis exeas in hiſpāias & in italiā terra mariq;: in africā mari tantū.

Si thracia ſit petenda excipit ager creticus optimus fungibus & ferax brigantino lacu nobilis. Inde noricus frigidus & partius fructuoſus q̃ ſubducitur a iugis alpiũ admodum lætus. De hinc pannonia uiro forti & ſolo plano læta atq; uber. Drauo ſauo inclitis amnibus circũflua. Mox meſiæ: quas maiores noſtri iure Cereris horreum nominabãt. In quarũ parte quæ pontica eſt apparet hærba: qua cũ inficitur oleum quod uocant medicũ. Hoc ad incendiũ excitatũ ſi obruere qua geſtias ardet magis nec alio ſopitur quam iactu pulueris.

De britania & inſulis gallici oceani.

Finis erat orbis ora gallici littoris niſi britania inſula qualibet amplitudine nomẽ pene orbis alterius mereretur. octingẽtis n. & amplius milibus paſſuũ longa porrigitur ita: ut eam in calidonicum uſq; angulum metiamur. In quo receſſu Vlyxem calidoniæ appuſum manifeſtat ara græcis litteris ſcripta notum multis inſulis nec ignobilibus circũdatur. Quarũ hibernia ei ꝓximat magnitudine inhumana eſt ritu incolarũ aſpero. Alias ita pabuloſa ut pecuaria ibi niſi interdũ æſtate a paſtibus arceantur in periculũ agat facies: Illic nullus anguis: Auis rara: Gens inhoſpita & bellicoſa: Sanguinem iteremptorũ hauſto prius uictores uultus ſuos obliuiũt: Fas atque nefas eodẽ animo ducũt. Puerpera ſi quãdo marem edidit primos ciboſ gladio imponit mariti inque eo paruuli ſummo mucrõe auſpiciũ alimẽtorum ueliter infert: & gentilibus uotis optat nõ aliter qui in bello & inter arma mortem oppetat. Qui ſtudent cultu: dentibus marinantium beluarum inſigniunt enſium capulos. Cãdicant enim ad eburneam claritatem. Nam præcipua uiris gloria eſt in tæla. Apis nuſquam aduectum inde puluerem ſeu lappillos ſi quis ſparſerit inter aluearia exanima fauos deſerũt. Mare quod inter hanc & britaniam interluit undoſum inquietũque toto in anno. Nõ niſi æſtiuis pauculis diebus eſt nauigabile. Nauigant autem uimineis alueis: quoſ circundant ambitione tergorum bubulorum. Quãtocũque tempore curſus tenebit nauigãtes eſcis aſtinent: fieri latitudinem incertum uiginti milia paſſuum diffundi. Qui fidem ad uerum rationati ſunt æſtimarunt: Sylluram quoque inſulam ab ora quam gens britania dum nũc tenẽt turbidum fretum diſtinguit. Cuius homines etiam nunc cuſtodiũt morem uetuſtum nundinas ac nũmũ refutant: Dant res & accipiũt. Mutationibus neceſſaria potius q̃ preciis parant. Deos percolũt. Scientiã futurorum pariter uiri ac fœminæ oſtentant. Attanatiſ inſula alluitur freto gallico a britaniæ continente æſtuario tenui ſeparata frumentariis campis fœlix & gleba uberi. Nec tantum ſibi ſoli: uerum & aliis ſalubris locis. Nam cũ ipſa nullo ſerpatur angue aſportata inde terra

quoquo gentium inuecta ſit angues necat. Multæ & aliæ circum bri-taniam inſule e quibus thile ultima. In qua eſtiuo ſolſtitio. ſole decancri ſvdere faciente tranſitum nox pene nulla. Brumali ſolſtitio perinde nullus dies. Vltra thilem accepimus pigrum eſſe & cōcretum mare. Nullus ut ortus iunctus ſit occaſui. A calldonie promontorio thilē petentibuſ bidui nauigatio eſt. Inde excipiunt ebrides inſulæ quinq; numero: quarum incolæ neſciunt fruges piſcibus tantum & lacte uiuunt. Rex unus eſt uniuerſiſ. Nam quotquot ſunt omnes anguſta interluuie diuiduntur. Rex nihil ſuum habet: omnia uniuerſorum: Ad æquitatem certis legibuſ ſtringitur. Ac ne auaritia diuertat auero diſcit paupertate iuſtitiam: utpote cui nihil ſit rei familiaris. Verum alitur e publico Nulla illi datur fœmina propria: ſed per uiciſſitudines in quancunq; commotus ſit uſurariam ſummit. Vnde ei nec uotum nec ſpes. cōceditur liberorum. Secundam & cōtinenti ſtationem euutibus orcades præbent. Sed orcades ab ebudibus porro ſunt ſeptem dierum totidemq; noctum curſu. Numero tres uacant homine non habent ſiluas tantum uinceis hærbis in horreſcunt cætera earum unde harenæ & turpes tenent. Ab arcadibus thilen uſq; quinq; dierum ac noctium nauigatio eſt. Sdd thile larga & diutina: pynoma copioſa eſt. Qui illic habitant principio ueriſ inter pecudeſ pabulis uiuunt deinde lacte in hyeme conſpergunt arborum fructuſ. Vtuntur fœminiſ uulgo. Certum matrimonium nullus. Circuitus britanie quadrigies octies ſeptuaginta quinq; milia paſſuum ſunt. In quo ſpacio magna ibi & multa flumina ſunt. Fontes calidi: opiparo exculpii apparatus ad uſus mortalium. Quibus fontibus præſul eſt mineruæ numen in cuius æde perpetui ignes nunquā caſſeſcunt in fauillas: ſed ubi ignis tabuit uertitur globos ſaxeos. Præterea ut taceā metallorum largam uariamq; copiam quibus britaniæ ſolū undiq; generum pollet uenis locupletibus. Gagates hic plurimus optimuſq; lapis. Si decorē requiras nigro gemmeus. Si qualitatem: nullllus fere ponderis. Si naturam aqua ardet. oleo reſtinguitur. Si poteſtatē: attritu calefactus applicita detinet æque ut ſuccinū. Regionē partim tenent barbari: quibus per artifices plagarū figuras iā inde a pueris uariæ animaliū effigies incorporantur: inſcriptiſque uiſceribus hominis incremento figmētis notæ creſcūt. Neque quicquam magnæ patientiæ loco nationes fere ducunt q̄ ut per memores cicatrices plurimum ſuci artus bibant.

¶ De hiſpania gaditano freto mediterraneo mari & oceano.

REuerſus ad continentem res hiſpanienſes uocant. Terrarum plaga comparanda: optimis nullis poſt habenda frugum copia ſiue ſoli ubere: ſiue uinearum prouentus reſpicere ſiue ar

borarios uelis. Omnium matela affluit quæcunque aut precio cara eſt:aut uſu neceſſaria. Argentum uel aurum ſi requiras habet. Ferrari is nunquam deficit:nec cedis uitibus:uincit oleaſ diuidua eſt prouinciis tribus. Secundo punico bello noſtro facta:& nil in ea ocioſum nihil ſterile. Quicquid cuiuſcunque modi negat meſſem:uiget pabulis etiam quæ arida ſunt ac ſterilia. Rudentum materiem nauticis ſubminiſtrant. Non coquunt ibi ſales ſed effodiunt. Depurgant in minimum in telas pulueris fucant uellera ut ad ruborem merum deputēt Cocci uenenum. In luſitania promontorium eſt quod artabrum alii: alii oliſiponenſe dicunt. Hoc cælum terras & maria diſtinguit Hiſpaniæ latus finit cælum & maria hoc modo diuidit ꝙ a circuitu eius incipiunt oceanus gallicus & fons ſeptentrionaliſ oceano atlatico & occaſu terminatis. Ibi oppidum oliſipone ab ulyxe conditum. Ibi tagus flumen. Tagum ob harenas auriferas cæteris amnibus prætulerunt. In proximis oliſponis æque laſciuiunt mira fœcunditate. Nam ſpirāte fauonio uento concipiunt:& ſitientes uiros aurarum ſpiritu maritantur. Hiberus amnis toti hiſpaniæ numen dedit. Betis prouinciæ uterque nobilis. Carthaginem apud hiberos quæ mox colonia facta eſt pœni condiderunt. Taraconem Scipiones: ideo eſt caput prouinciæ tarraconenſis. Luſitanum littus pollet gemma ceraunio plurimū quod etiam indicis præferunt. Huius ceraunii color eſt Epiropo qualitas igni probatur. Quem ſi ſine detrimento ſui perferat aduerſus uim fulgurum creditur opitulari. Garſiterides inſule ſpectant ad uerſum celtiberiæ latus:plumbi fertiles. Et tres fortunatæ:e quibus ſolum uocabulum ſignandum fuit. Ebuſus e balearibus quæ a dião abeſt ſeptingenta ſtadia ſerpentem nō habet:utpote cuius terra ſerpentes fuget. Colubraria quæ ſucronem uerſus eſt feta eſt anguibuſ hoc choris regnū baleares fuerunt uſq; ad euerſionem phrygū cuniculis animalibus quōdam copioſæ. In capite beticæ ubi extremus eſt noti orbis terminus inſula a cōtinenti ſeptingentis pedibus ſepatur. Quā tyrii a rubro profecti mari erithream: pœni lingua ſua gadir ſeptem nominauerūt. In hac Gerionem æuum agitauiſſe plurimis monumētis probatur Tametſi quidā putent Herculem boues ex alia inſula adduxiſſe quæ luſitaniam contuetur. Sed gaditanum fretum a gadibus dictū:at lanticus æſtus in noſtrum mare diſcudio orbis immittit. Nā oceāus quem græci ſic nominant a celeritate ab occaſu ſolis irrūpens leuo latere europam radit. Africam dextro. Sciſſiſq; calpe & ab innamōtibus quos dicunt colūnas Herculis inter mauros funditur & hiſpaniā. Ac freto iſti cuius. xv. milia paſſuum efficit longitudo: latitudo

uix ſeptem. Quodam hoſtio aperit limen interni æquoris mixtuſ me diterraneis ſinibus quos ad uſque orientem propelit horum qui hiſ pãias profundit hipericus fertur & balearicus: qui narbonenſem pro uinciam gallicus. Mox liguſticus: ab eo ad ſiciliam thuſcus: quẽ græci ionium uel tyrrhenum: tali inferum uocant. A ſicilia certã uſque ſicu lus: Inde creticus qui in pamphiliam & ægiptium protenditur mare. Quæ aquarum moles torto in ſeptẽtrionem prius latere anfractibus magnis iuxta græcias & illyricum per helleſpontũ in anguſtias ſtrin gitur propontidis quæ propontidis europam aſiamq; diſcriminans ad meotidem peruenit. Cauſas nominum nõ uniformis dedit ratio. A iaticum & phœnicum a prouinciis dictum ab ĩſulis capatium æge um baleari cum cyprium. A gentibus auſonium. dalmaticum: liguſti cum: thuſcum. Ab oppidis adriaticum: argolicum: corinthium: tyrrũ A caſibus hominum mirticum uel helleſpõticum. A memoria regis ionium. A bouis tranſitu: uel anguſtiis etiam meatibus boum perui ĩs bophorus. A moribus accolarum euxinus axinus antea appellatus Ab ordine fluenti propontis. Aegyptium pelagus aſiæ datur. gallicũ europæ: africum libyæ: his: ut quæq; proxima ſunt uenerũt in partes partium: hæc in gremiis terrarum. Oras autem extimas oceanus am plectitur qui a littoribus ſuis arabicus perſicus idicus eos ſyricus hyr canus caſpius ſcythicus germanicus gallicus atlãticus libycus ægyp tius dicitur. Cuius acceſſus incrementa circa littora indiæ uehemen tiſſime proruunt: maximoſq; ibi exitus faciunt. Siue q̃ ſuſpenſus alti us ſubſtolatur ni coloris: ſeu q̃ in ea parte orbis & funtium & flumi num copia ſit effuſior. Dubitatur etiã nunc quibus ex cauſis intumeſ cat oceanus: uel quatenus cum ſuperfluus ſibi fuerit: rurſus in ſe reſi dat. Nec in obſcuro eſt plura pro ingeniis differentium potiuſ quam pro ueritatis fide expreſſa. Sed omiſſa ancipiti concurrẽtium queſtio ne has opiniones probatiſſimas inuenimus. Phiſici autumant mun dum animal eſſe cunque ex uariis alementorum corporibus conglo batum: moeuri ſpiritu regi mente. Quæ utraque diffuſa per membra omnia æterne molis uigorem exerciant. Sicut ergo incorporibus no ſtris commertia ſpecialia: ita in profundis oceani nares quaſdã mun di conſtitutas per quas emiſſi anhelitus uel reducti modo inflent ma ria modo reuocent. At hi ſyderum ſequuntur diſciplinam contendũt meatus iſtos cõmoueri lunæ curſibus a deo ut ſic uiciſſitudines inter manes aquarum & plenitudine reſpiciant ad auctus uel defectiones Neq; eodem ſemper tumpore, ſed prout illa ut mergatur aut ſurgat uariant ſe alternantes recurſus.

De libyu & hortis heſperidum & achante monte.

DE hiſpania excurſus in lybiam. Nā bello ne progreſſus quod
beticæ oppidū eſt. Vltra interiacēs fretū tria & triginta milia
paſſuū tangit. Excipit mauritaniā. quæ nunc colonia & cuius
primus auctor Antheus fuit Porro quia ī illo ambitu ægyptium fini
tur pelagus & libycum incipit: placuit ut africam lybiam diceremus.
Quidā tamen libyam a lybie Epaphi filia: africā ab Afro libys Hercu
lis filio potius dictam receperunt. Lex quoq; colonia in eodem tractu
conſtituta eſt ubi Anthei regia qui īplicandis explicandiſq; nexibus
humi melius ſciens uelut genitus matre terra ibidem ab Hercule ex
tinctus eſt. De hortis heſperidum & peruigili dracone ne famæ licen
tia uulneretur: fides ratio hæc eſt ſinuoſo metu æſtuarium e mari fer
tur adeo flexuoſis lateribus tortuoſum ut uiſētibus procul lapſus an
gueos facta uertigine mentiatur. Itaq; quod ortos appellauere circun
dat. Vnde pomorum cuſtodem interpretantes ſtruxerunt iter ad mē
dacium fabulandi. Sed hæc inſulam inſinuata ſinibus aluei recurren
tis in quibuſdam æquoris ſpiris p̄ter arbores olæaſtri ſimiles & aram
ſacram. Herculi aliud nihil præfert quod propaget uetuſtatis memo
riam. Verum ultra frutices aureos & metalla frondentia illud magis
mirū ꝙ ſolū inferiore loco licet libra depræſſius nunquā acceſſus fre
ti ſuperlabitur. Sed obſtaculo naturalis repaguli, in ipſis marginibus
hæret unda: & intimis orarū ſuperciliis ſponte fluctus in gyrum reſi
ſtunt. Ita ſpectando loci ingenio nimirum planities manet ſicca: q̄uis
prona ſuperueniāt æquora. Oppidum imminet ſale flumini ab hoc
per rutulorū gentem iter eſt in atlanticas ſolitudines. Atlans mons e
media harenarū conſurgit uaſtitate & eductus in uicinam lunaris cir
culi. Vltra nubila caput condit. Qua ad oceannm extenditur cui a ſe
nomen dedit manat fontibus: nemoribus inhorreſcit rupibus aſpe
ratᷓ: ſqualet ieiunio humo nuda nec hærbida. Qua africā cōtra auer-
ſus eſt optimus naſcētibus ſpōte frugibus arboribus proceriſ opaciſ
ſimus. Quarū odor grauis comæ cupreſſis ſimiles. Veſtiūtur langui-
ne ſericis uelleribus nihilo uiliore. In eo latere & hærba euforbia co
pioſa: cuius ſuccus ad multiplex profuit præſidiū ſanitatis. ad ocula
riāq; præcipue claritatē: nec mediocriter propellit uim uenenorū uer
tex ſuper niualis. Saltus eius quadrupedes ac ſerpētes ferre & cū his
elephanti occupauerūt Silet per diē uniuerſus: nec ſine horro re ſecre
tus eſt: Lucet nocturnis ignibus: choris egypanū undiq; perſonatur.
Audiūtur & cātus tybiarū: & tinnitus cimbalorū p orā maritimā. Ali
xa abeſt quinq; & ducētis mil. paſ. Lixa a gaditano freto cētū quinde
cim milibus: habitatus ante ut indicat loci facies: quondā cultu exer
citata in qua uſq; adhuc uitis & palmæ extāt ueſtigia. Apes Perſeo &

Hercule peruius: cæteris iacceſſus. ita fidem araȩ inſcriptio pala facit. Qua ſpectat occaſum inter ipſum & flumē anatim per quadringenta ſex milia Paſſuū infames beſtiis ſiluæ obſidenti Amnes circa eū non tacendi. Qui licet ſeparentur interuallis amplioribus tráſierūt. Tamē in quoddā atlantici mōtis miniſteriū ad ſana marino hauſtu bābotū crocodillis hippodamis refertū Vltraq; adhuc amnis quí atro colore exit per intimas & exuſtas ſolitudines: quæ torrente perpetuo & ſole nimio plus q̄ ignito nūq̄ ab æſtu uindicatur. Hæc de atlante quem mauri adderim noiant & Hānonis punici libri & noſtri annales pro diderunt. Iuba etiam Ptolæmei filius qui utriuſq; mauritaniæ regno potitus eſt. Suetonius quoq; paulinus ſummā huic cognitiōi ipoſuit manū qui ultra atlantē primus & pene ſolus romana ſigna circūtulit.

De mauritania & elephantis.

A Prouinciis mauritaniis trigin:a quæ ſolſtitiali plagæ obuia eſt: quaq; porrigitur ad internū mare exurgit mōtibus ſeptē qui a ſimilitudine fratres appellati freto iminent. Hi montes elephātis frequentiſſimi ſunt. Monēt a principio hoc aīantiū genus diſcere. Igitur e lephāti iuxta ſenſum humanū intellectū habent me moria pollent: ſyderū ſeruāt diſciplinā: luna niteſcente gregatim amnes petūt. mox aſperſi liquore motibus ſolis exortus quibus poſſunt ſalutāt. Deinde in ſaltus reuertuntur. Duo eorū genera ſunt Nobiliores indicat magnitudo: minores nothos dicūt Candore dentiū intelligitur iuuēta. Quorū alter ſemp in miniſterio ē: alteri parciturne hebetatus aſſiduo repercuſſu minus uigeat. Si fuerit dimicādū cū uenatu premūtur: pariter cōfligūt utroſq; ut ebore dānato nō requiratur. Hāc eni ſibi cauſam ineſſe periculi ſentiūt. Oberrāt agminatim. Natu maximus ducit agmen. A etate proximus cogit ſequētes. Flumē trāſituri minimos antemittūt: ne maiorū ingreſſu alueum atterāt: & profundos depreſſis uadis gurgites faciant. Venerē ante annos decē fœminæ. ante quinq; mares neſciūt. Biennio coeūt Quinis nec amplius in anno diebus. Non prius ad gregariū numerū reperſuri quā uiuis aquis abluātur propter fœminas nūq̄ dimicāt nulla. n. mouerūt adulteria. Ineſt illis clæmentiæ bonū quippe ſi per deſerta uagabūdū hominē forte ui derint: ductus uſq; ad notas uias præbent. Vel ſi cō fertis pecoribus occurſitent: itinera ſibi blāda & placida manu faciūt: ne qd obuiū aīal interimāt. At cōflictu fortuito ſi quādo pugnaſ: nō mediocrē hēnt curā ſautiorū. Nā feſſos uulneratoſq; ī mediū receptāt. Cū captiuitate uenerint in manus hoīum māſueſcūt hauſto ordei ſucco Maria trāſmeaturi naues nō prius ſubeunt q̄ de reditu illis ſacramentū lua. ur. Indicos elephātos maturitani timēt & quaſi paruitatis ſuæ

cōſcii aſpernātur ab his uideri. Nō annis decē ut uulgus:ſed biēnio ut Ariſtotiles diffinit utero graueſcunt. Nec amplius q̄ ſemel gignūt nec:plures q̄ ſingulos:uiuūt in annos trecētos. Impatiētiſſimi frigoris. Trūcos edunt:lapides hauriūt:gratiſſimas in cibatu palmas hēnt Odorē muris uel maxime fugiūt:pabula etiā quæ a muſculis contacta ſunt recuſant Si quis caſu thameleontem deuorauerit uermē elephātis ueneficū oleaſtro ſumpto peſti medetur. Duriſſimū dorſo tergū eſt uētre mollius. Setarū hirſutiæ nullæ. Inter hos & dracones iugis diſcordia. Deniq̄ inſidiæ hoc aſtu præparātur. Serpētes propter ſemitas deliteſcūt per quas elephātis aſſuetis callibus euagātur atq̄ ita ꝑtermiſſis prioribus poſtremos adoriūtur:ne qui anteceſſerint ualeant ultimis opitulari.ac primū pedes nodis illigāt:ut laqueatis cruribus impediāt gradiēdi facultatē. Nā elephāti niſi preuēti hac ſpirarū mora uel arboribus ſe uel ſaxis applicāt: ut niſu ac pōdere nitibūdo attritos necēt angues. Dimicatiōis ꝓcipua cauſa ē q̄ elephātis ut aiūt frigidior ineſt ſanguis & ob id a dracōibus auidiſſimo torrēte captātur æſtu. Deniq̄ nūq̄ inuadūt niſi potu grauatus ut uenis propēſius irrigatis maiorē ſūmat de opꝑſſis ſacietatē. Nec aliud magis quā oculos petūt:quos ſolos expugnabiles ſciūt. Vel interiora auriū qa is tantū locuſ defendi nō pōt promuſcide. Itaq̄ cū ebiberint ſanguinē dum ruūt beluæ dracōes obruūtur. Sic utrinq̄ fuſus cruor terrā imbuit fitq̄ pigmētū quicqd ſoli tinxerit qd cinaberim uocāt. Elephātes italia anno urbis cōditæ quadringēteſimo ſeptuageſimoſecūdo in lucanis primū bello epiratico uidit:& boues lucanas in dixit. Cæſariēſi coloniæ cæſaria ineſt a Diuo claudio deducta:Bochi prius regia:poſtmodū iubæ indulgētia po.ro.dono data. Ineſt & oppidū ſiga quod habitaculū Siphaci fuit. Nec ab icoſio taciti recedamus. Hercule.n.illac trāſeūte.xx.qui a comitatu eius deſiuerāt locū deligūt iacuūt'mœnia.ac ne quis impoſito a ſe noīe priuatim gloriaretur de condentiū numero urbi nomen datū.

¶ De numidia & de urſis in ea.

QVod ē a flumine anſica numidiæ datᷓ huius incolæ q̄diu errarūt pabulatiōibus uagabūdis nomades dicti ſunt. urbes i ea plurimæ nobiles ſed cirta eminet. Deniꝗ hulli purpuratio fuco tyriis uelleribus cōpata. Oīs hæc regio finibus i zeugitanū limitē deſinit. Qua pte ſilueſtris ē feras educat:q̄ iugis ardua equos alit eximio etiā marmore ꝑdicatᷓ. nūidici urſi forma cæteris ꝓſtāt rabie dū taxat & uillis ꝓfūdoiribus. Nā gēitura par ē quoquo loco editis eā ꝓtinus dixero Coeūt n̄ itidē quo q̄drupedes aliæ:ſed apti āplexibus mutuis uelut hūanis cōiugatioibus cōpulātᷓ. Deſideriū ueneris hyēs ſuſcitat:ſecreti honoī reuerētᷓ mares grauidas & i hiſdē licet foueis. par

is tamē per ſcrobes ſecubationibus diuiduntur. Lucinæ illis prope ratius tēpus eſt.quippe uterū trigeſimus dies liberat:unde euenit ut ꝑcipitata fœcūditas informes creet partus. Carnes pauxillulas edunt quibus color candidus.oculi nulli:& de feſtina immaturitate tātu ru dis ſanies exceptis unguiū liniamētis. Has lambēdo ſenſim figurāt: & interdū ad pectoratas fouēt: ut aſſiduo incubatu calefactæ anima lem trahāt ſpiritū.Interea cibus nullus. Sanē diebus primis.xiiii.ma tres in ſomnū ita cōcidunt: ut nec uulneribus excitari queant Enixæ quaternis latēt menſibus. Mox egreſſæ in diē libetū tantā patiuntur inſolentiā lucis:ut putes obſitas cecitate.Inualidū urſis caput. Vis ma xima in brachiis & lumbis. Vnde interdū poſitis pedibus inſiſtūt.In ſidiātur aluearibus apum maxime fauos appetūt. Nec auidius aliud ꝗ̄ mella captāt. Cū guſtauere mandragoræ mala moriūtur.ſed eunt obuiā ne malū imperniciē conualeſcat:& formicas deuorant ad recu perandā ſanitatē. Si quādo tauros adoriūtur ſciunt quibus potiſſimū partibus immorentur.nec aliud ꝗ̄ cornua aut nares petunt. Cornua ut pondere defatigentur nares: ut acrior dolor ſit in loco teneri ore. M.Meſſala conſule.L.Domitius Enobarbus curulis edilis urſos nu midicos cētum: & totidē æthiopas uenatores incirco romano edidit idq; ſpectaculum inter memorabiles titulos annotatur.

¶ De aphrica cyrenaica leonibus hiena hienio lapide ſerpentibus onagris heliotropio gemma pſillis baſiliſco ſimilis.

OMnis africa a zeugitano pede incipit promōtorio Apollinis diuinæ cōtrouerſa promōtorio Mercurii procedēs in frontē ſitanā proinde extēta in duas prominētias.Quarū alterū pro montoriū candidū dicitur altera quæ eſt in cirenaica regione ſuccintē uocāt. ea per ſinū creticū oppoſita cretæ inſulæ cōtra tenarū laconiæ excurrit harenis. Cathapatmō ægypto inſinuata:cui proximi cirenē ſes extēditur inter duas ſyrtes quas inaceſſas uadoſum ac reciprocū mare efficit. Cuius ſali defectus uel incremēta haud promptū eſt de præhendere.ita in certis motibus nunc in breuia reſcindit dorſuoſa: nūc æſtibus inūdātur inquietis. Vt Varro auctor eſt per flabilē ibi ter rā uētis penetrātibus ſubitā uim ſpiritus citiſſime aut remouere ma ria aut reſorbere. Ois hæc plaga ab æthiopia & terminis aſiæ tigri flu mine qui nilum parit ab hiſpania freto ſcinditur latere quo ad meri diem uergit fontium inops eſt & infamis ſiti. Altrinſecus qua ſeptē trionē patitur aquarū larga in agro bizaceno qui patet paſſuum uel amplius ducētis milibus glebis ita præpinguibus ut iacta ibi ſemia cū incremēto centeſimæ frugis renaſcantur. Externos in ea plurimoſ cōuentaſſe argumentū de urbibus & locis dabimus. Boron promon

toriũ qđ aquiloñ creditur græci aduenæ ſic uocauerũt hippone rhe'
giũ poſtea dictũ. Itẽ hipponẽ alterũ de ĩterfluẽte freto diarrhũ nũcupa
tũ. Nobiliſſima oppida equites græci cõdiderũt. clipeã ciuitatẽ ſiculi
extruũt & aſpida primũ nõiant. ueneriã ẽt ĩ qua Veneris erycinæ reli
giõe trãſtulerũt. Athei tripolim lingua ſua ſignãt de triũ urbiũ numẽ
to. i. ſabratẽ leptis. Magne e Phileis fratribus ad laudis cupidinẽ gra
iũ uocamẽ datũ hadrimeto atq; carthagini auctor eſt a tyro populus
Sed quæ ſup carthagine ueraces libri ꝓdiderũt hoc loco reddã. Vrbẽ
iſtã ut Cato in oratiõe ſenatoria autumat cũ rex lapõ rerũ in lybia po
tiret. Eliſſa mulier extruxit domo phœnix & carthadã dixit qđ puni
co oĩ exprimit nouã ciuitatẽ. mox ſermõe uerſo ĩ uerbũ pũicũ & hæc
Eliſſa & illa carthago dicta ẽ. Quæ poſt ãnos ſeptigẽtos triginta exci
dit q̃ fuerat extructa. Deinde a. C. Gracco colõiis italicis data: & iuno
nia ab eo dicta: aliquãtiſper ignobilis hũili & lãguido ſtatu. Demũ in
claritate ſecũdæ carthaginis interiectis cẽtũ & duobus ãnis. M. Anto.
. P. Dolobello cõſilibus enituit. Alterũ poſt urbẽ romã terrarũ decus.
Verũ ut ad africã redeã ipſa ſuo cingit angelo. Interna eius plurimæ
qdẽ beſtiæ ſed pricipaliter leones tenẽt. Qui ut Ariſtoteles ꝑhibet ſo
li ex eo genere qđ dẽtatũ uocãt uidẽt ꝓtinus atq; naſcũtur. Horũ triſa
riũ genus ſcribũtur. Nã breuiores & iubis criſpi plerũq; ignaui ſunt &
ibelles. Lõgiores & coma ſimplici acres magis ac potẽtes. At hi quos
creãt pardi ĩ plebe remanẽt iubarũ iopes ꝑiter oẽs parcũt a ſagina pri
mũ qui alternis diebus potũ: alternis cibũ capiũt ac frequenter ſi cõco
ctio nõ ẽ inſecuta ſolitæ cibationi ſupponũtur diẽ. Tũcq; carnes iuſto
amplius deuoratas cũ grauãtur inſertis in ora ungibus ſpõte protra
hãt. Sane & cũ fugiendũ eſt in ſacietate diem faciunt. Senectã defectio
probat dentiũ. Nã clementiæ inditia multa ſunt. Proſtratis parcũt. In
uiros potius q̃ in fœminas ſeuiunt: infantes non niſi in magna fame
perimunt. nec a miſericordia ſeparãtur: Aſſiduis deniq; exemplis pa
tet eos peperciſſe. cũ multi captiuoꝝ aliquot leonibus obuii intacti re
patriauerint. Getulæ etiã mulieris nomen Iubæ libris cõprehenſum
eſt quæ obteſtata occurſantes feras impunis rediit. Auerſi coeũt: nec
hi tãtũ: ſed & linces & cameli & elephãti rhinocerõtes & tygrides. Le
ænæ fœtu primo catulus quiq; edunt. Deĩde per ſingulos partus nu
merũ decoquũt annis inſequentibus. Sed poſtremo cum ad unũ ma
terna fœcunditas recidit: ut ultimo ſingulos procreent ſteriles fiũt in
æternum. Animos leonum frõs & cauda indicat: ſicut motus equini
de auribus intelliguntur. Dedit enim hæc ſigna generoſiſſima cuiq;
natura. Vis ſumma in pectore eſt: firmitas in capite præcipua. Cum
premuntur a canibus contemptim recedunt ſubſiſtenteſq; interdum

ancipiti receſſu diſſimulāt timorē:idq; agūt ſi in campis parētibus ac nudis urgeātur. Nā ſilueſtribus locis quaſi teſtē ignauiæ nō reformi dantes quantā poſſunt ſe fuga ſubtrahūt. Cum inſequūtur uiſum ſal tu adiuuāt. Cum fugiunt nō ualent ſalire. Gradiantes mucrones un guū uaginis corporum claudunt: ne acumina attritu tundantur hoc adeo cuſtodiunt ut nō niſi auerſis falculis curāt. Septi a uenantibus obtutu terrā cōtuentur. quo minus cōſpectis uenabulis terreātur. Nū quā limo uidēt: minimeq; ſe uolūt aſpici. Cātus gallinaceorū & rota rū timēt ſtrepitus: ſed ignē magis. Letophanas accepimus uocari be ſtias modicas: quæ capite exuruntur ut earū cineris aſpergine carnes pollutæ iactæq; per cōpita cōcurrentiū ſemitarū leones nocēt: ſi quā tulūcūq; ex illis ſumpſerint. Propterea leones natutali eas premunt odio: atq; ubi facultas data eſt morſu quidē abſtinent ſed dilaniatas exanimant pedū niſibus. Spectaculū ex his romæ primus edidit Sce uola Publii filius in curuli ædilitate. Hienā quoq; mittit africa: cui cū ſpina riget collū cōtinua unitate flecti nequit: niſi toto corpore circū acto. Multa de ea mira primūq; ſequitur ſtabula paſtorū & audito aſſi duo addiſcit uocamē quod exprimere poſſit imitatiōe uocis huma næ. In hoiem aſtu accinctū noctu ſeuiat. Vomitus quoq; mētitur hūa nos: falſiſq; ſingultibus ſollicitos ſic canes deuorat. Qui forte ſi uenā tes umbrā eius dū inſequuntur cōtigerint latrare nequeūt uoce per dita. Eadē hiena inquiſitiōe corporū ſepultorū buſta eruit: propterea promptius eſt marē capere. Fœminis. n. ingenita eſt callidior aſtutia Varietas multa ineſt oculis: oculorūq; mutatio. In quorū pupillis la pis inuenitur hien dicunt præditū illa poteſtate ut cuius hois fuetit lingue ſubditus prædicat futura. Verū hiena quodcūq; animal ter lu ſtrauerit mouere ſe nō pōt. Qua propter magicā ſciētiā ineſſe ei pro nūciauerūt. In æthiopiæ parte coit cū leæna unde naſcit mōſtrū cui corocttæ nomē eſt. Voces hominū & ipſa pariter affectat. Nunq̄ cohi bet aciem orbiū ſed in obtutū ſine uictatione cōtēdit. In ore gingua nulla: dēs unus atq; perpetuus: qui ut nūq̄ retūdatur naturaliter cap ſularū mō clauditur. Interea q̄ coeunt herbatica eadē africa onagros hēt. In quo genere ſinguli imperitant gregibus fœminarū. Aemulos libidinis metuūt. Inde eſt quod grauidas ſua ſeruant. ut in editis ma ribus ſi qua facultas fuerit generādi ſpem morſu detruncent. Quod cauētes fœminæ in ſeceſſibus partus oculūt. Africa ſerpētibus adeo fœcūda eſt ut mali huius merito illi potiſſimum palma detur. Cera ſte præfert quadrigemina cornicula: quorum oſtētatione ueluti eſca illicitatas aues perimūt. Nam reliqua corporis de induſtria harenis tegit: nec ullum iudiciū ſui præbent: niſi ex ea parte qua inuitatis do

lo paſſeribus necem perpetuam aucupentur. Amphiſbena conſurgit in caput geminum: quorum alterum in loco ſuo ē: alterum in ea parte qua cauda. Quæ cauſa efficit ut capite uterq; ſexus nutibundo ſerpat tractibus orbiculatis. Iaculi arbores ſubeūt: e quibus ut maxima turbinati penetrant animal quodcunq; obuium fortuna fecerit. Scithale tanta præfulget tergi uarietate: ut notarum gratia uidentes retardet. Et quoniam reptando pigrior eſt: quos aſſequi nequit miraculo ſui capiat ſtupentes. In hoc tamen ſquamarum nitore hyemales exuuias prima ponit. Plures diuerſæq; aſpidum ſpecies: uerum diſpares effectus ad nocendum. Dipſas ſiti interficit Hypanale ſomno necat teſte etiam cleopatra emitur ad mortem abatum uirus quoniam medelas admitit mihi ut fame meretur: Hemorrois morſu ſanguinem elicit: & diſſolutis uenarum commertiis quicquid animæ eſt euocat per cruorem. Preſter quem percuſſerit diſtenditur: enormique corpulentia necatur: extuberatos ictus ſopi ſtat in putrendo ſequitur. Sunt & hammoditæ. Eſt & cenchris. elephantie cherſidrica Medracontes poſtremo q̄tus nominum tantus mortium numeruſ. Nam ſcorpiones ſtinci lacertique uermibus non ſerpentibus aſcribuntur. Monſtra hæc ſi bibant clæmentius feriunt. Habent affectus non temere niſi coniuges euagantur. Capto altero uel occiſo uter ſuperfuerit efferatur. Subtiliora ſunt capita fœminis. Alui tumidiores peſtis nocentior. Maſculus æqualiter teres eſt: ſublimior etiam mitiorque. Igitur anguibus uniuerſis hebes uiſus eſt: raro in aduerſum contuentur. Nec fruſtra cum oculos non in fronte habeant ſed in temporibus adeo ut citius audiant q̄ quid aſpiciant. De gemma heliotropio inter æthiopiam africam cyprum certamen fuit: quæ nam mitteret generis huius eminentiſſimam. Deprehenſumque eſt documentis plurimis æthiopicam aut libycam palmam tenere: uiridi colore eſt non ita acuto: ſed nubilo magis: & repreſſo ſtellis puniceis ſuperſparſa. Cauſa nominis de lapidis eſt effectu & poteſtate lapidis Deiecta in labris æneis radios ſolis mutat ſanguineo repercuſſu ſupra extraque aquam ſplendorem aeris abiicit & auertit. Etiam illud poſſe dicitur ut hærba eiuſdem nominis mixta & præcantationibus legittimis conſecrata: eum a quocunq; geſtabitur ſubtrahat uiſibus obuiorum. Inter ſyrtes quamuis terra pergentibus iter ſyderibus deſtinatur: nec aliter curſus pateſcit. Nam putris ſoli faciem aura mutat & minimo licet uento tantam diuerſitatem flatus efficit: ut ſubinde peruerſis ſyrtibus locorum nulla inditia agnitioni relinquātur. cum modo quæ fuerāt tumulus ardua in ualles reſidunt. Modo quæ uallibus preſſa cœtu pulueris aggerantur. Ita enim cōtinens natura ma

rīs uimī patitur.nec intereſt ubi potius ſint procellæ:cū ad exitū uiātiū elementis cōgruentibus in terris flabra ſæuiāt in mari terræ. Vtræq̧ ſyrtes ducentis quinquaginta milibus paſſ.ſeparantur : aliquāto clæmentior quæ minor eſt.Cn.deniq̧ Seruilio.C.Sempronio cōſulibus iter hæc uadoſa romā claſſem impune accepimus perſfretaſſe . In hoc ſinu mene inſula poſt minturnēſes paludes.C.Mario fuit latebra.Supra garamātas pſilli fuerūt:cōtra noxiū uirus muniti : incredibili corporis firmitate .ſoli morſibus anguiū nō interibāt:& quāuis dente letali appetiti incorrupta durabāt ſanitate. Recentes etiā editos ſerpentibus.offerebāt.Si eſſent partus adulteri matrū crimina plectebantur interitu paruulorū: ſi pudici probos ortus a morte paterni ſanguinis priuilegiū tuebatur:ſic originis fidem probabāt uenenis iudicātibus: Sed hæc gens interiit a naſamonibus capta : neq̧ quicq̄ aliud præter opinionem de ueſtigio noīs ſui pſilli reliquerunt.Naſamonitem lapi naſamones dāt ſanguineū uniuerſum nigris uenulis ad umbratū.In īntimo receſſu ſyrtis maioris circa phalenorū aras lotophagos fuiſſe diximus.Nec incertū eſt a phylenorū mari non procul palus eſt quā triton amnis influit.Vbi ſpeculatāſſe artiū deā crediderūt. Maior ſyrtis oſtentat oppidū. Cirenas uocāt quod Bathius lacedemōius olympiade quinta & quadrageſima rege. Martio res romanas tenente. anno poſt troiā captā quingenteſimo & octogeſimo ſexto cōdidit Quæ domus calimachi poetæ fuit patria.Inter hæc oppidū & tēplū Hāmonis milia paſſuū trecenta ſunt.Templo fons proximat ſoli ſacer.Qui humoris nexibus humum ſtringit fauillā etiā in ceſpitem ſolidat:In qua gleba nō ſine miraculo lucus uirat undiq̧ ſecus agris arentibus illic & lapis legitur Hāmonis uocāt cornu.Nā ita torruoſus ē & inflexus ut effigiē reddat cornu arietis. Fulgure aureo eſt pre diuiat ſomnia rep̄ſentare dicit̄ ſubiectus capiti icubātiu.Et arbor ē me lops noīe ex qua profluit lentus hūor quē a loco hāmoniacū noīamus.Apud cirenēſes p̄terea ſyrpe gignitur odoratis radicibus uirgulto hærbido magis q̄ arbuſto.cuius e culmo exudat æſtatis tēpore pingue roſidū idq̧ paſcētiū hircoꝝ inhæret parbulis.Vbi cū arefactū inoleuit guttiſ ſtriacis legitur ad uſum menſarū uel medelæ magis.Dictū eſt primū ſyrpicū quoniā manat in modū lacteū. Deide uſu deriuāte laſer noīatū.Quæ germina initio barbaricæ impreſſionis uaſtatis agris.poſtea ob intolerādā uectigalis nimietatē ferme penitus ipſi accolæ eruerūt Cirenis ab leua africa ē:ab dextera ægyptus : a fronte ſeuū & importuoſum mare.a tergo barbarorū uariæ nationes & ſolitudo inacceſſa incultaq̧ & ſqualens quæ baſiliſcum creat malum in terris ſingulare Serpens eſt pene ad ſemipedem lōgitudinis:alba quaſi mitrula.Line

atus caput nec hominum tantum necalioeum animantium exitis da
tus.Sed terræ quoque ipſiuſquam poluit & exurit:& ubicunque fera
le ſortitur receptaculum.Denique extingit hærbas:necat arbores: ip
ſas etiam corrumpit auras:ita ut in aera nulla alitum impune tranſuo
let infecta ſpiritu peſtilenti. Cum mouetur media corporis parte ſer-
pit:media arduus eſt & excelſuſ.|Sibilum eius etiam ſerpentes alii pe
rhorreſcunt. Et cum acceperint ſugam quæque quo poſſunt prope-
rant.Quicquid morſu eius occiditur non depaſcitur. Fera non attre
ctat ales.Muſtellis tãtum uincitur: quas illic homines inferunt cauer
nis in quibus dilitescat.Vis tamen nec defuncto de eſt quidem.Deni
que baſiliſci reliquas amplo ſextertio pergameni comparauerunt ut
ædem.Apelis manu inſignem nec araneæ intexerent:nec alites inuo
larent cadauer eius reticulo aureo ſuſpenſum ibidem locauerũt. Cir
ca extimum ſyrtium illarum berẽicem ciuitatem aluit lethon annis
inferma ut putant inundatione prorumpẽs: & apud priſtinos uates
latex memoratu sobliuionis. Hanc beronicem muniuit quæ Ptolo-
meo tertio fuit nupta:& in morati ſyrti locauit.Omnẽ autem latifun
dum quod inter ægyptum æthiopiam libyamque diffunditur quan
cunque lucis opacum eſt uarium impleuit ſimiarum genus.Nec quiſ
quam offenſus nomine cognitione grauetur. Enimuero opere præci
um eſt nihil omittere:in quo naturæ ſpectanda ſit prouidentia. Vul-
gus ſimiarum in his eſt quas paſſi uidemus non ſine ingenio æmulã
di.Quo facilius in manus ueniunt. Nam dum auidæ uenantium ge-
ſtus affectant:relicta conſulto.Ita uiſci unguilla: quod mendatio factũ
uident oculos ſuos oblimunt. Ita uiſu obducto pronum eſt eas corru
pi.Exultant noua luna.Triſtes ſunt cornuto & cauo ſydere. Immode
rate fœtus amant:a deo ut catulos facilius amittant quos impendio
diligunt: & ante ſe geſtant quoniam neglecti pone matrem ſemper
hærent.Circopitici capdas habẽt.Hæc diſcrectio eſt inter prius dictas.
Cenocephali & ipſi ſunt e numero ſimiarum ĩ æthiopiæ partibus fre
quentiſſimi uiolenti ad ſaltum.Feri morſu.nunquam ita manſueti ut
non ſint magis rabidi inter ſimias habentnt & ſphinges uillosæ co-
mis: mammis prominulis ac profundts dociles ad feritatis obliuio-
nem. Sunt & quas uocant ſatyros facie admodum grata: geſticulatis
motibus inquietæ. Callitrices toto pene aſpectu a cæteris differunt.
In facie barba eſt:lata cauda Has capere non eſt arduum: ſed proferre
rarum. Neque enim uiuunt in altero q̃ methyopico hoc eſt ſuo cælo.

De amatibus & aſbitis.

INter naſamonas & troglodytas gens amantum eſt: quæ ſali
bus domos extruũt:quoſ in modum cautium e montibuſ ex

citatos ad uſum edium cementiis nectunt ſtruitibus. Tanta ibi huiuſ
ce uenæ copia eſt: ut tecta faciant e ſalinis. Hi ſunt amates qui com-
mertia cum troglogytis habent. Carbunculi gemæ citra amates pro-
priores naſamontibus. Aſbitæ laſcere: hoc aluntur: hoc illis dulce eſt:

De garamantibus & inſula gauleon.

GAramantum oppidum eſt debriſ fonte miro qui denique al
ternis uicibus die frigeat: nocte ferueat. ac per eadem uenarũ
commertia interdum ignito uapore æſtuet. Interdum gratia
li honore algeſcat. Incredibile memoratu ut tam breui temporis te
culo natura tam diſſonam ſui faciat uirietatem. Idque qui percontari
uelit tenebris ineſſe fluori illi æternam faciem credat. Qui rimet die
brumales ſcatebras nunquam aliud extiner q̃ perpetuo rigere. Vnde
non immerito pergẽtes debriſ inclyta eſt e. Cuius aque & cæleſti uer
tigine murant qualitatem quamuis controuerſa ſyderum diſciplina
Nam cum mundum a calore ſuper temperet ab occaſu incipit ita in-
caleſcere ut in tactu abſtines noxium fit cõtigiſſe. Rurſum cum ortus
ſolis incanduerit: & radiis feruefacta ſunt omnia ſic glaciales euomii
ſcaturigines: ut hauriri etiam a ſitientibus non queat. Quis ergo non
ſtupeat fontem qui friget calore: calet frigore. Garamanticæ regionis
caput caramena eſt: ad quam iter diu inextricabile fuit & inuium: Nã
latrones puteos harenis operiebant ut temporali fraude ſubductis e
quis in fame & iter ſubmoueret acceſſus uiantiũ. Sed Veſpaſione prin
cipe bello quod cum oenenſibus geſtum eſt difficultas hæc interiit
compendio ſpatii breuioris reperto. Garamantas Cornelius Balbuſ
ſubegit: & prius ex hac hyſtoria triumphauit: prius ſane de externis
ut pote qui gradibus genitus acceſſit ad gloriam nominis triumpha
lis. Armenta gentis iſtius obliquis ceruitibus pabulantur. Nam ſi re-
cta ad paſtum ora dirigant officiunt prõa in humum cornua & obni
xa. Ex parte qua cercina eſt accepimus gauleo inſulam. In qua ſerpenſ
neque naſcitur neque uiuit inuecta. Propterea iactus ex ea quocunq;
gentium puluis arcet angues. Scorpiones ſuperiactus illico perimit.

De æthiopibus & eorum mirabilis.

AEthiopes & Atlanticæ gentes tygri flumine diuiduntur: quã
partẽ putant nili. Sic papyro uiret: Sic calamo prætexitur. Ani
malia eadem edit. Iiſdem temporibus exũdat. Intra ripas tũc
quoque redit cum contentus eſt alueo ſuo nilus. Garamantici æthio
pes matrimonia priuatim neſciunt. Sed omnibus uulgo in uenerem
licet. Inde eſt ꝙ filios matres tantum recognoſcunt. Nam paterni no
minis nulla reuerentiam eſt. Quis enim uerum patrem nouerit in hac

luxuria inceſti laſciuientis. Ea propter garamatici æthiopes inter om nes populos degeneres habentur. Nec immerito qui afflicta caſtitatis diſciplina ſucceſſionis notitiam ritu improbo perdiderunt. Nomen æthiopum late patet in parte Africana: Quam a meroe diuidit lybia. Plurimæ eorum ſunt & uarie nationes. Harum e numero nomades cinocephalorum lacte uiuũt. Suerboti longi ſunt ad pedes duodecim Azachei captos uenatibus elephantos deuorant. Apud ſambales nul la eſt aurita quadrupes: nec elephanti quidem his proximi ſummam regiæ poteſtatis eam tradunt de quorum motibus quidam imperite augurantur maritimos æthiopas quaternos oculos dicũt habere: Sed fides alia eſt. Illi deniq; quod & uident plurimum manifeſtiſſime de ſtinant iactus ſagitarium. Occidentem uerſus agri ophagi tenent qui ſolas pãtherarum & leonum carnes edũt. Rege præditi: cuius in fon te oculus unus eſt. Sunt & pamphagi: quibus eſca eſt quicquid man di poteſt & omnia fortuna gignentia. Sunt antropophagi: quo rum mores uocamẽ ſonat. Einomologos aiunt habere caninos rictus & prominula ora. Artabatitæ proni atq; quadrupedes. nec ſecus ac fe ræ ſine ſedibus euagantur. Confines mauritaniæ certo tempore locu ſtas terreſtreſ legunt duraſq; ſalſugine in præſidium uitæ ſolaſ habẽti Sed ex illis quadrageſimum æui annum nullus ſupergreditur. Ab o ceani æſtui ad meroen quam inſulam amplexu primo nilus facit: mi lia paſſuum ſexcenta triginta ſunt. Vltra meroen ſuper exortum ſoliſ macrobii æthiopes uocantur. Dimidio. n. eorum protenſior eſt q̃ no ſtra uita: hi macrobii iuſticiã colunt. amant æquitatem: plurimũ ualẽt robore. præcipua decent pulchritudine: ornantur ære: aureo uincula faciunt. Noxiorũ locus apud eos eſt heliatropera opiparis epuliſ ſem per refectus: quibus indiſcrete oẽs ueſcuntur. Nam etiam diuinitus eaſ augeri ferunt. Eſt etiã ibi locuſ quo perfuſa corpora uelut oliuo ni teſcũt. Ex hoc lacu potus ſaluberrimus ſane adeo liquiduſ eſt ut ne ca ducas quidem uehat frondes: ſed illico folia lapſa ad fundũ dimittat laticis tenuitate Vltra hos deſertæ inhumanæq; ſolitudineſ aduſque arabicos ſinus. Deinde in ultimis orientis monſtruoſæ gentiũ facies. Aliæ ſine aribus æqualiſ totius horis plãitie informes hñt uultuſ. Alii cõcreta ora ſunt modicoq; tm̃ foramine calamis auenarũ paſtuſ hauri unt. Nõnullæ linguis carẽt: in uicẽ ſermõiſ utẽteſ nutibus moribuſq; Quædã ex iſtis natiõibus añ Ptolomeũ latyrũ regẽ ægypti incognitũ humerũt ignis uſum. Aethiopia oĩs ab oriẽte hiberno ad occidẽtẽ hi bernũ tenet qcqd eius eſt ſub meridiano cardine lucis nitet. Qui ma xime uirẽt hyemæ. A meridiana parte mons edituſ mari iminet inge nio igni per æternũ feruidu & inquietus iugis flagrãtibus. Inter quæ

incendia iugis æſtus draconum magna copia eſt. Porro ueris dracōi
bus ora parua & ad morſus nō dehiſcentia.ſed arctæ fiſtulæ per quas
& trahunt ſpiritus:& linguas exerunt. Quippe non in dentibus uim:
ſed in caudis habent:& uerbere potius q̄ rictu nocent. Exciditur e ce
rebris dracontias lapis. Sed lapis non eſt niſi detrahuntur uiuūtibus.
Nam ſi obeat prius ſerpens cū anima ſimul euaneſcit durities ſoluta.
Vſu eius orientis reges præcipue gloriātur: quāquam nullum lenoci
nium artis admittat ſoliditate: & quicqd in eo nobile eſt non manus
faciunt:nec alterius q̄ naturæ candor ſit quo reluceat. Auctor Sotha
gus gemmā hanc ēt ſibi uiſam ſcribit: & quibus intercipiatur modis.
e docet præſtantiſſimi audatia uiri explorant anguium foueas & re
ceptus. Inde ꝑſtolati ap paſtum exeūtes ꝑteruectiq; parcitis curſibus
obiiciunt gramina medicata quantum poteſt ad incitandū ſoporem.
Ita ſomno obſitis e capitibus execant lapides: & de manibus ꝑcipitis
auſi ꝑdā reuehunt temeritatis: Quæ locorū æthiopes tenent feris ple
na ſunt. E quibuſquam nabum uocāt nos camelopardalum dicimus
Colio equi ſimilem.pedibus bubalinis: Capite camelino. Nitore ru
tilo. Candidis maculis ſuperſparſi. Hoc animal Rōæ circenſibus dicta
toris Cæſaris primum publicatum. Iſdem ferme temporibus illic ex
hibita monſtra ſunt ceffos appellāt. Quorum poſteriores pedes cru
re & ueſtigio humanos artus mentiuntur:prioreſ perinde hominum
manus referunt. Quæ tamen a noſtriſ non amplius quam ſemel uiſa
ſunt Ante ludos. Cn. Pompei rhinocerōtē Romana ſpectacula neſcie
bant. Cui beſtiæ color buxeus. In naribus cornu unicum.& repandū.
Quod ſubinde attritum cautibus in mucronem excitat. Eoque ad
uerſus Elephātos præliat:par ipſis ꝓpe lōgitudine:breuior cruribus:
naturali tælo aluū petens quā ſolam intelligit ictibus ſuis peruiam. Iu
xta tygrim fluuium catoblepas naſcitur modica atq; iners beſtia: ca
put prægraue ægre ferens.aſpectu peſtilenti. Nam qui in oculis eius
oſtenderint protinuſ uitam exuunt. Formicæ ibi ad formam cāis ma
ximi harenas aures pedibus eruunt quos leoninos habent:quas cu
ſtodiunt ne quis auferat:captanteſq; ad necem proſequūtur. Eadem
æthiopia mittit licaonem lupum ceruice iubatum: & tot modis ua
rium ut nullum illi colorem dicant abeſſe. Mittit & parandrum bo
um magnitudine:biſulco ueſtigio:ramoſis cornibus: capite ceruino:
urſino colore:& pariter uillo ꝓfūdo. Hunc parādrū affirmāt habitum
metu uertere: & cū diliteſcat fieri ad ſimilitudinē cuicūq; rei proxima
uerit ſiue illa ſaxo alba ſit ſeu fruteto uirens: ſiue quā aliam præferat
qualitatē. Faciūt hoc idē in mare polipi. In terra calemeōtes. Sed & po
lipus: & cameleon glabra ſunt ut poſſit tutis leuitate ſpeculi modo

proximantia æmulari. In hoc nouũ eſt & ſingulare hirſutiam pili co/
lorum uices facere. Hinc euenit ut difficulter capi poſſit. Aethiopicis
lupis proprium eſt quod in ſaliẽdo ita niſus habent alitis ut non ma
gis proficiãt curſu q̃ meatu. Homines tamen nũq̃ impetunt. Bruma
comati ſunt æſtate nudi. thoas uocãt. Hiſtrix quoq; inde loci frequẽ
tiſima erinaciis ſimiles. Spinis tergum hiſpida. Quas plerunq; laxa
tas iaculatione emittit uoluntaria: ut aſſiduis aculeorũ nymbis canes
uulneret ingruenues. Illius cæle ales eſt pegaſus. Sed hæc aleſ equinũ
nihil præter aures habet. Tragopa quoque auis maior equilis corni/
bus arietinis præferens armatu raput Aethiopeſ legunt cinamum id
frutetũ ſitu breui naſcitur: ramo humili & repreſo nunq̃ uultra duas
ulnaſ altitudinis. Quod gracilius prouenit eximium magis ducitur.
Quod in craſſitudinem extuberatur deſpectui eſt. Verum legitur per
ſacerdotes hoſtiis prius cæſis. Quas cum litauerint obſeruaẽ ut meſ/
ſis nec ortũ ſolis niſi anticipet nec egrediatur occaſum. Quiſquis prin
cipatum tenet ſarmentorũ aceruos haſta diuidit. quæ ſacrata ẽ in hoc
miniſteriũ: Atque ita portio manipulorũ ſoli dicatur: quæ ſi iuſte di/
uiſa eſt ſponte incenditur. Inter hæc quæ diximus nitore ceruleo hia
cyntus inuenitur lapis precioſus: ſiquidem inculpabilis inueniaẽ. Eſt
enim uitiis nõ parce obnoxins. Nam plerũq; aut uiolatio diluitur: aut
nihilo obducitur: aut albicantius in aquaticum eliquercit. Optimus
in illo tenor: ſi nec denſiore fuco ſit obtuſior: nec propenſa perſpicui
tate detectior: ſed ex utroque temperamẽto luci & purpuræ modera
tum ſuauiter florem trahit. hic eſt qui ſentit auras cum: cælo facit mu
tationem: nec æqualiter rutilat. Cum autem nobiloſus ẽ aut ſerenus
dies præterea in os miſſus magis friget. Sculpturis certe minime ac/
commodatus: ut qui attritum reſpuat: nec tamẽ penitus inuictus eſt:
Nam adamante ſcribitur & notatur. Vbi hiacyntus ibi & criſodraſus
apparet quem lapidem lux celat. Prodit obſcurum hoc enim eſt in il/
lo diuerſitas ut nocte igneus ſit: die pallidus. Ex ipſo ſolo ſumimus e
mathitem rubore ſanguineo: ac propterea emathites uocatus.

De ultimis gentibus libyæ.

QVod ab atlante aduſque canopitanum hoſtũ panditur. Vbi li
byæ finis eſt & ægyptium limen dictũ a Canopo Nenelai gu
bernatore ibi ſepulto in ea inſula quæ hoſtium niſi facit gen/
tes tenent diſſonæ quæ in auiæ ſolitudinis ſecretum receſſerunt. Ex
his atlates ab humano ritu prorſus exulant. nulli proprium uocabu/
lum: nulli ſpeciale nomen. Diris uultibus ſoliu ortus excipiunt. Diriſ
occaſus proſequuntur. Vſtiq; undiq; torrentis plagæ ſydere: oderunt
deum lucis. Affirmant eos ſomnia nõ uidere & abſtinere penitus ab

animalibus ſuniuerſis. Troglodytæ ſpecus excauant: illis tegũtur nul lius ibi habendi amor: a diuitiis paupertate ſe abdicarunt uoluntaria Tantum lapide uno gloriantur quem exconthaliton uocant tam di-uerſis notis ſparſum: ut ſexaginta gemmarum colores in paruo eius orbiculo deprehendantur. Iſti carnibus uiuunt ſerpentium. ignariq; ſermonis ſtridunt potius ꝙ loquuntur. Augulæ uero ſolos colunt in feros: fœminas ſuas prius noctibus nuptiarum adulteriis cogunt pa tere mox ad perpetuam pudicitiam legibus ſtringunt ſeueriſſimis. Gamphaſantes abſtinent prœliis: fugiunt commertia: nulli ſe exter-no miſceri ſinunt Blemyas: ſed non eos qui uicina rubro mari incol-lunt truconaſci parte qua caput eſt: os tamen & oculos habere in pe-ctore Satyride hominibus nihil aliud præferunt quam figuram. Egy panes hoc ſunt quod pingi uidemus. Himantopodes flexis niſibus crurum repunt potius quam incedunt: & pergendi uſum lapſu ma-gis deſtinant ꝙ in greſſu. Pharuſi cum Herculi ad heſperiendas pegẽ ti forent comites itineris tedio hic reſederunt. Hactenus libya.

¶ De ægypto & de his quæ ſunt in eo.

AEgyptus a meridie intorſus recedit quoad prætendãt æthio-pes. A tergo inferiore eius partem nilus circũfluit: q ſciſſus a loco cui delta nomen eſt ad inſulæ ſpatia amplectitur interra mina & incerto pene fonte decurrẽs ꝓditur ut loquemur. Originem habet a mõte inferioris ma uritaniæ qui oceano propinquat. Hoc af firmant libri punici: hoc Iubam regem accepimus tradidiſſe. Igitur protinus lacum efficit quem nilide dicunt: Nilum aũt iam inde eſſe cõiectãt. ꝗ hoc ſtagnæ hærbas piſces: beluas nil minus procreet quã in nilo uidemus. At ſi quãdo mauritaniam unde ei origo eſt aut niui bus dẽſioribus aut himbribus largioribus irrigatur incremẽta exun dationis in ægypto augeantur. Sed effuſus hoc lacu harenis ſorbet: & cuniculis cæcis obſconditur. Deinde in cæſarienſi prorumpẽs. am plior eadem inditia præfert: quæ in exortu notauimus. Rurſuſq; ſub didit: nec prius reddit ꝙ poſt interualla itineris extenti cõtingat æthi opas. Vbi exit nigrum facit fluuium quem ſupra diximus eſſe ter-minum limitis Africani. Aſcapum eum inde gentes uocant. ſ. aquam ſe tenebris profluẽtem. Multas magnoſque ambit inſulas. Quarum pleræque ſunt tam diffuſæ: uaſtæq; magnitudinis ut uix eas dierum quinq; curſu prætermeet: quamuis concitus ibi feratur. Nobiliſſima earum eſt meroe circa quã diuiſus dextro alueo aſcapores: leuo aſta-pores actapores nominãtur. Tũc qnoq; emerſus magna loquinquaq; loca cum primum occurſantibus ſcopulis aſperatur: tantis agmini-bus extollitur inter obiecta rupium ut ruere potius ꝙ manere creda

tur. Demumq; a cataracte ultimo tutus eſt. Ita. n. quædã clauſtra eius ægyptii nuncupauerũt. Relicto tamẽ hoc pone ſe nomine quo tygris uocatur mox inoffenſus meat ſeptem hoſtiis. cõditur in meridiẽ uerſus: excipitur ægyptio mari. ignari ſyderum uel locrum uarias de exceſſibũs eius cauſas dederunt. Alii affirmant etheſeas nubium denſitatem illo cogere: unde annis hic auſpicatur: ipſũ quæ fontẽ ſuperno humore ſublatũ tantã inundationis habere ſubſtãtiam: quãta tã bibula ad liquorem nubila ſubminiſtrauerint. Ferant alii ꝙ uentorũ flatibus repercuſſus cũ fluorem ſolitæ uelocitatis non queat promouere. aquis in arcto luctãtibus intumeſcat: & quanto impenſius cõtrouerſi ſpiritus repugnauerint: tanto excelſus ſublimari in altitudinis uertices repercuſſam celeritatem: quando nec ſolitus extenuet curſus alueum: & ſtipato iam flumine uenis originalibus torrentium pondera ſuperueniant. Ita concordi uiolentia hinc urgentis elemẽti: hinc reſiſtentibus undis exultantibus molem colligi: quæ exceſſus facit. Nonnulli affirmãt fontẽ eius qui fialus uocatur ſyderum motibus excitari extractũq; radiis cauſa dẽtibus cæleſti igne ſuſpẽdi nõ tamẽ ſine certa legis diſciplina hoc eſt lunis ceptantibus. Verũ oẽm exceſſus originem de ſole fieri primãq; exultãtiã tumoris concipi cum per cãcrum ſolebant. Poſtmodum triginta eius partibus euolutis ubi ingreſſus leonem ortus ſirios excitauerit propulſo omni fluore tantũ uim amnis erũpere. Quod tempus ſacerdotes natalem mundi iudicauerũt id eſt in. xii. Kalen. auguſtas & undecimũ diẽ deinde reuocare exituſ uniuerſos cum in uirginẽ tranſeat: penituſq; inter ſuas ripas cape: cum libram ſit ingreſſus. Hoc etiã addunt pariter eum nocere ſiue abũdantius exæſtuet ſiue partius: quãdoquidem exiguitaſ minimũ fœcunditatis apportet. Propenſior copia diuturno humore culturã moretur. Maximos deinde exitus eius duo de uigiti cõſurgere iuſtiſſimos: ſexdecim temperati: nec in quindecim abeſſe prouẽtus fructuoſios. Sed quicquid intra fit famem facere. Dant illi etiam hoc maieſtatis ut portẽdat futura argumentãtes quãdoquidẽ pharſalico bello nõ fuerit egreſſus: quinq; ulnas. Iã illud palã eſt ꝙ ſolus ex ãnibus uniuerſis nullas expiret auras. Ditiõis ægyptiæ eſſe incipit aſyene: in q̃ fines æthiopũ: & inde uſq; dũ mari intimatur nili nomẽ tenet inter omnia quæ ægyptus habet digna mẽoratu præcipue bouẽ mirãtur apim uocant. Hũc ad inſtar colũt nũius: inſignẽ notæ albæ macula quæ dextro lateri eius ingẽita corniculãtis lũæ refert faciẽ. Statutũ æui ſpatiũ eſt ꝙ ut affuit: profũdo ſari fõtis inmerſus necatur: ne diẽ lõgius trahat quẽ licebit mox alter nec ſine publico luctu requiritur quẽ repertũ cẽtũ antiſtiteſ mẽphim proſequũtur. Vt incipiat ſacris ibi initiatuſ ſacer fieri.

Delubra quibus ſuccedit aut incũbat miſtice thalamos nominãt. Dãt omnia manifeſtantia de futuris illud maximum ſi de cõſulentis manu cibũ capiat. Denique auerſatus Germanici Cæſaris dextrã ꝓdidit ingruẽtia. Nec multo poſt Cæſar extinctus eſt. Pueri apim gregatim ſequuntur: & repente uelut lymphatici uẽtura præcinũt. Bos illi fœmina oſtẽditur in anno ſemel & ipſa nõ abſque certis inſignibuſ qua inuẽta & oblata eſt eadem die neci datur. Apis natalem mẽphitici celebrãt. Iactu aureæ pateræ quam proiicient in nili ſtatum gurgitẽ hæc ſolemnitas per ſeptem dies agitur. Quibus diebus cum ſacerdotibus quaſdam crocodilli indutias habent. nec attrectant lauantes. Verum octauo die cerimoniis iam peractis uelut reddita ſæuiendi licentia ſolitam reſumunt atrocitatem. Crocodillius malum quatrupedes & in terra & in flumine pariter ualet: linguam nõ habet. Maxillã mouet ſuperiorem: Morſus eius horribile tenacitate cõueniunt ſtipãte ſedẽtium rerie pectinatim. Plerũq; ad xxx. ulnas magnitudinis eualeſcit. Qualia anſeris edit oua: Meatur locum nido naturali prouidẽtia nec alibi fœtus premitur q̃ quo creſcẽtis nili aquæ nõ poſſunt peruenire. In partu fouendo mas & fœmina uices ſerant. præter hiatum oris armatus eſt etiam unguium immãitate. Noctibus in aqua degit. per diem humi acquiaſcit. Circũdatur maxime cutis firmitate in tãtum ut ictus quouis tormẽto adactoſ tergore repercutiat. Strophilos auis paruula eſt ea dũ redimias eſcarum affectat os beluæ huiuſce paulatim ſcalpit: & ſenſim ſcalpurigine blandiente aditum ſibi in uſque fauces facit. Quod enchydrus cõ ſpicatus penetrat beluam: populatiſq; uitalibus eroſa exit aluo. Eſt & delphinum genus in nilo: quorum dorſa ſerratas habent criſtas. Hi delphini crocodillos ſtudio eliciunt ad natãdum: demerſique aſtu fraudulẽto renera uẽtrium ſubternatãtes ſecant: & interimũt. Præterea habitãt in inſula nili homines forma per exigui ſed audatia euoſque perditi: ut crocodillis ſe offerãt obuios. Nam hæc mõſtra fugiẽtes inſecuũtur: formidãt reſiſtentes. Ergo capiuntur ſubactique etiam intra aquas ſuas ſeruiunt: & per domiti meātuata obſequũtur: ut immemores atrocitatis uictores ſuos ĩ equitãtis dorſo uehãt. Hãc ergo inſulam & hanc gẽtem ubicũque iuditio odoris perſenſerint procul fugiunt in aqua obtuſius uident: in terra acutiſſime. Hyeme nullum cibum capiunt. Quinetiam quattuor mẽſes a cœptu brumæ inedia exigũt. Sinci quoque circa nillum frequẽtiſſimi: crocodillis equidem ſimiles: ſed forma modica & anguſta. Verũ ad opem ſalutarem nõ qualibet neceſſarii. Medentes quippe ex his pocula iſiciũt: quibus & ſturpor excitetur: & ueneni uis extiguat. Hippopothamus in eodẽ flumine ac ſole naſcitur: equo & dorſo & iuba

& hinnitu roſtro reſupino ungulis biſidis:aprinis dẽtibus:cauda tor tuoſa. Noctibus ſegetes depaſcitur:ad quas pergit auerſus aſtu dolo ſo ut fallente ueſtigio reuertenti nullæ ei inſidiæ præparentur. Idem cũ diſtendit͛ nimia ſatietate harundines recens cæſas petit. per quas tãdiu oberratur quoad ſtirpiũ acuta pedes uulnerẽt. Vt profluio ſan guinis leuetur ſagina. Plagã deinde ceno oblinit:uſq; dũ uulnus con ducatur in cicatricem. Hippopodamos & crocodillos primus romã .M. Scaurus inuexit. Circa eaſdẽ ripas ales eſt ibis:ea ſerpentiũ popu latur oua gratiſſimãq; ex his eſcam nidis ſuis defert. Sic rare ſcũt pro uentus fœtuũ noxiorũ. Nec tamen aues iſtæ tantũ intra fines ægypti os proſunt. Nam quæcũq; arabicæ paludes pennatorũ anguiũ mittũt examina: quorũ tam citum uirus ẽ ut morſum ante mors quã dolor inſequatur. Sagacitate qua ad hoc ualẽt aues excitatæ in procinctum eunt uniuerſe & priuſq̃ terminos patrios externũ malũ uaſtet in aere occurſant cateruis peſtilẽtibus. Ibi agmen deuorãt uniuerſum. Quo merito ſacræ ſunt & illæſæ. Ore pariunt nigras ſolũ peluſium mittit. reliqua pars candidas. De arboribus quas ſolas fert ægyptus p̃cipua eſt ficus ægyptia:foliis moro cõparanda:poma nõ ramis tãtum geſti tans:ſed ex caudice uſq; adeo fœcunditatis ſuæ anguſta eſt. Vno an no ſepties fructũ efficit. Vnde pomũ decerpſeris alterũ ſine mora pro tuberat. Materia eius ita aquã miſſa ſubſidit. Deinde cum diu deſede rit in liquore leuior facta ſuſtollitur. Et uerſa uice quod natura in alio ligni genere nõ recipit. Fit humore ſicca. Palma quoq; ægyptia dicen da res eſt proprie ad ipſos uocãtur ut dici oportuit eaq;:guſtata arcet ſitim. Odor eidem qui & malis cydoniis. Sed demũ ſitim ſedat ſi pri us q̃ maturuerit decerpatur. Nam ſi matura ſummatur ſenſum inter cipit:greſſum præpedit:linguam retardat:obſeſſiſq; officiis mentiſ & corporis uitium ebrietatis imitatur. Egyptium limitem addiacæ acu men tendit. Incolunt populi qui momẽtum quo reparari mundum ad motus ferũt annuos hoc ſtudio dep̃hendunt. Eligitur ſacer lucus in quo conſeptant animalia diuerſiſſimi generis. Ea ubi ad ſtatutam lineã cæleſtis uertigo prouecta ẽ ſenſus ſuos ſignificatiõibus prodũt quibus poſſunt. Alia ululant:alia mugiũt:quædã ſtridunt:quædã ru diunt:nõnulla ſimul confugiunt ad uolutabra. Hoc argumentũ illis eſt magiſteriũ ad inditiũ temporis deprehendendi. Idẽ populi ferunt a primis ſibi gentis ſuæ auis traditũ ubi nunc occiſus quõdam ibi or tus ſolis fuiſſe. Inter egyptias urbes numero portarũ thebæ nobiles: ad quas commertia arabes undiq; gẽtium ſubuehunt. hic regio the baica. Abedos & ipſa nobilis:olim Mẽnonis regia nunc Oſiris fano exculta. Alexãdriam & operis ipſius magnitudo & auctor Alexãder

macedo nobilitant. quam metatus Democrates architectus ſecundũ poſt conditorem inter memorabilia locum ſortitus eſt. condita autẽ alexandria eſt. xii. centeſimaq; olympiade. L. Papirio Spurii filio. C. Petilio Caii filio cõſulibus romanis haud longe ab hoſtio nili flumi nis quod heracleoticon alii: alii cano pĩcon appellãt. Eſt & pharos co lonia a Cæſare dictatore deducta. Ex qua facibus accenſis nocturna dirigitur nauigatio. Nam alexãdria inſidioſo acceſſu aditu fallacibus uadis cæco mari tribuſq; tantum canalibus admittit nauigantes poſ ſideo: thegano tauro: Hinc igitur in portibus machinaſ ad prælucen di miniſterium fabricatas pharos dicunt. Pyramides turres ſunt in ægypto faſtigiatæ ultra excelſitatem omnem quæ fieri mãu poſſunt. Itaq; menſuram umbrarum egreſſæ nullas habent umbraſ. Nunc ab ægypto promoueamus ſtilum.

De arabia & thure myrrha cinnamo phœnice ſardonice & aliis lapidibus.

Ultra peluſiacum hoſtium arabia eſt ad rubrum pertinẽs ma re: quod erythreum ab Erythro rege perſei & Andromadæ filio non ſolum a colore appellatum uarro dicit qui affirmat In littore maris iſtius fontem eſſe quem ſi oues biberint mutent uel lerum qualitatem: & antea candidæ amittant quod fuerint uſque ad hauſtum ac fuluo poſtmodum nigreſcant colore. Rubri autem ma ris arſinoe oppidum. uerum hæc arabia procedit aduſq; illam odori feram & diuitem terram quam catabani & quiſcenitæ tenent. arabes nobiles monte caſſio. Quiſcenitæ cauſas nominis inde dicunt ꝙ ten toriis ſuccedunt nec alias domos habent. Ipſa autem tentoria cilicia ſunt. ita nuncupant uelamenta caprarum peliſtexta ſuillis carnibus prorſus abſtinẽt ſane hoc animalis genus ſi inuentum illi fueri illico moritur. Hanc arabiam græci eudemonem noſtri beatam nominaue runt. Habitatur colle manufacto inter flumen tygrim & flumẽ euleũ Quod ortũ a medis tam puto fuore inclytum eſt. Ut inde oẽs reges nõ alias q̃ eius aquas bibant. Eudemonem nõ fruſtra cognominatã. Hinc capeſſas ꝙ præter odores quos creat plurimos ſola thus mittit nec tamen uniuerſa. Nam in medio eius ſunt aſtramitæ pagus ſabeo rũ aqua octo manſionibus regio thurifera deſterminatur. Arabia ap pellata eſt ideſt ſacra. hoc. n. ſignificari interpretantur. Virgulta hæc non ſunt publica. ſed quod inter barbaros nouum in ius poſteriorũ per ſucceſſiones tranſeunt familiarum. Ergo quicunq; dominatũ iſti us tenent nemoris arabice ſacri uocantur. Iidẽ illi cũ lucos iſtos uel metuunt uel incidunt nõ funeribus interſunt nõ congreſſionibus fœminarũ polluuntur. Hãc arborẽ prius q̃ penitus fides proderetur

alii lentiſto alii mare therebintho comparabāt uſq; dum libris quos Iuba rex ſcripſit ad Cæſarem Auguſti filium palam fieret. intorto eā eſſe uimine:ramis ad aceris qualitatem: amygdali modo ſucum fun dere:incidi ortu canis flagrantiſſimis ſolibus. In iiſdem ſaltibus myr rha prouenit:cuius radices ut uitium raſtris proficiunt:ablaqueatiox nibus gaudent. Nudatæ pinguiori fluit lachryma ſponte manās præ cioſior ex ea ſudor ē elictus corticis uulnere uilior iudicatur: codex in uertiginem flexus & ſpinis hiſpidus:folium criſpius licet:oliuæ ta mē ſimile. Maxima altitudo extollitur ad quinq; cubita proceritatis: Arabes ſarmentis eius ignes fouēt: quorū fumo ſatis noxio niſi odo re cremati ſtoracis occurrant. Plerūq; inſanabiles morbos cōtrahunt Iidem arabes legūt cynnamum:quod frutetum ſitu breui naſcitur ra mo humili & repreſſo nūquā ultra duas ulnas altitudinis. Quod gra cillus prouenerit eximiū magis dicitur. Quod in caſſitudinē extube ratū ſit inutilius habetur. Verum legitur per ſacerdotes hoſtiis prius cæſis: quæ cū litauerint obſeruatur ut meſſis:nec ortū ſolis anticipet nec egrediatur occaſum. Quiſquis principatū tenet ſacramentorum ſtrues haſta diuidit:quæ ſacrata eſt in hocmunus atq; ita portio ma nipulorū ſoli datur:quæ ſi iuſte diuiſa ſit radiis inflagrata incendium ſponte cōcipit. Apud eoſdē naſcitur auis phœnix aquilæ magnitudi ne:capite honorato:in conū plumis extantibus criſtatis faucibus: cir ca colla fulgore aureo:poſtera parte purpureus abſq; cauda:in qua ro ſeis pennis ceruleus interſcribitur nitor. Probatū eſt quadraginta & quingētis eū durare annis. Rogos ſuos ſtruit cynnamis quos prope practea cōcinnant in ſolis urbē ſtrue altaribus ſuperpoſita. Cū huius uitā magni anni fieri cōuerſione rara fides eſt inter auctores: quāuis plurimi eorū magnū annū nō quingentis & quadraginta ſed duode cim milibus.dccccliiii.annis conſtare dicāt:Plautio itaq; Sextio &.P. Apronio cōſ.ægyptū phœnix inuolauit:captuſq; anno octingēteſimo urbis cōditæ iuſſu Claudii pricipis ī comitio publicatus ē. Quod ge ſtū ꝑter cenſurā q̄ manet actis etiā urbis cōtinetur. Cinomolgus per inde arabiæ auis in excellētiſſimis lucis texit nidos e fructibus cinna morū ad quos quoniā nō eſt perueniri propter ramorū altitudinē & fragilitatē Accolæ illas cōgeries plumbatis petūt iaculis deiectaſq; ꝑ ciis uendūt amplioribus ꝙ hoc cinnamū magis quā alia mercatores probent. Arabes longe lateq; diffuſi diuerſiſq; moribus iuuāt & culti bus plurimis crinis intonſus mitrata capita redimitu pari pars raſa ī cutē barba cōmertiis ſtudēt. Aliena nō emūt:uendunt ſua quippe & ſiluis & mari diuites Vmbræ q̄ nobis dextræ ſunt:illis ſiniſtræ Pars eorum quibus aſper uictus eſt angues edunt. Nulla illis animi uel

corporis curæ:ac propterea ophiophagi nominantur. Ex iſtius litto ris ſinu Policrati regi aduecta ſardóis gemina prima in orbe noſtro luxuriæ excitauit facem. Nec multum de ea differendum puto:adeo ſardonis non omnium uenit noticiã. Superficies eius probatur ſi me ratius rubeat:arguitur ſi fuerit feculentior. Medietas circuitur limite candicante. Optima eſt ſi nec colorem ſuum ſpargat in proximum: nec ipſe ex altero mutuetur. reliqua nigro finiuntur. Quod ſi tranſlu ceat uitio uertitur. Si perſpicuitatem arceat proficit ad decorẽ. Et mo lochitem arabs inuenit uirentem craſſius q̃ ſmaragdus contra infan tiũ pericula ingenita ut reſiſtentem. Inuenit & irridem in mari rubro ſicut criſtallum ſexangulatam quæ radiis icta ſolis rutilo aeris reper cuſſu cæleſtis arcus ex ſeſe iacit ſpeciem Androdamantem iidem le gunt arabes nitoris argẽtei lateribus æqualiter quadris quem de ad amante non nihil mutuatum putes. Datũ illi nomen ex eo quod cen ſent quod animorum calentium mollit impetus & tumentes refre nat iras:pederotem etiam Arabicam inde ſumimus. Arabica aſpectu eburnea eſt radi abnuit contra neruorum moleſtias prodeſt habenti bus. Impede rote congruit quicquid eximium eſt quadam decoris prærogatiua. Chriſtallinum lucet rubet purpuram Orarum extimiſ corona crocea uelum eliquido renitente. Ac ſuauitate oculos afficit. Viſum illicit: detinet intuentes: Hac etiam gratia indis placet. Hoc Arabiæ ſat eſt. Hinc ad Peluſium repatriemus.

De Caſſio monte & Pompei tumulo & Andromede uinculis.

IN Peluſio caſſius mons eſt: & delubrum Iouis Caſſii atq; ita Oſtracine locus Pompei magni ſepulchro inclytus. Idumea inde incipit palmis opima: Deinde Iope oppidum antiquiſſi mum orbe toto utpote ante inundationem terrarum conditum. Id oppidum ſaxum oſtentat:quod uinculorum Andromedæ ueſtigia adhuc retinet quam expoſitam belue irritus rumor circũtulit. Quip pe oſſa monſtri illius. M. Scaurus inter alia miracula in edilita te ſua Romæ publicauit. Annalibus nota eſt res. Menſuræ quoq; ue racibus libris cõtinetur: ſcilicet q̄ cõſtarum longitudo exceſſerit pe des quadraginta. Excelſitas fuerit elephantibus indicis eminentior: Porro uerticuli ſpine ipſius latitudine ſemipedem ſint ſupergreſſi.

De Iudea & lacu Aſphalte:& balſamo & genti eſſenorum.

IUdea illuſtris eſt aquis:ſed natura nõ eadẽ aquarũ omniũ ior danis amnis eximiæ ſuauitatis: panea de fonte demiſſus re giões præterfluit amœniſſimas. Mox in Aſphaltitẽ lacũ mer ſus ſtagno corrũpitur. Qui Aſphaltitis bitumẽ gignit: aĩal nõ hẽt: ni hil in eo mergi põt: tauri etiã camelicq; impune ibi fluitãt. Eſt & lacus

ſara extēſus paſſuum.xvi.milibus circumſpectus urbibus plurimis & celebribus ipe par optimus.Sed lacus thiberiadis his omnibus anteponitur ſalubris ingēuo eſtu:& ad ſanitatem uſu efficaci. Iudææ caput fuit Ieroſolima.Sed exciſa ē.Succeſſit Iericus & hæc deſiuit. Artaxoris bello ſubacta: Calliroe Ieroſolimis proximus fons calore,medico probatiſſimus: & ex ipſo aquarum preconio.ſic uocatus:in hac tantum balſamum naſcitur.Quæ ſilua intra terminos uiginti iugerũ uſq; ad uictoriam noſtram fuit.At cum Iudea potiti ſumus:ita luci illi propagati ſunt:ut iam nobis latiſſimi colles ſudēt balſama.Similes uitibus ſtirpes habent malleolis digeruntur.raſtris inteſcunt: a quis gaudent:amāt amputari. Tenacibus foliis ſempiterno inumbrātur. Lignū caudicis attrectatū ferro ſine mora moritur. Ea propter aut uitro aut cultellulis oſſeis: ſed in ſolo cortice artifici plaga uul neratur Ex qua eximie ſuauitatis gutta manat poſt lachrymam ſecūdum in preciis locū poma optinent.cortex tertiū ultimus honos ligno.Longo ab Ieroſolimis receſſu.Triſtis ſitius panditur:quē de cælo tactum teſtātur humus nigra & cinere ſoluta.Duo ibi oppida Sodomū noīatū alterū:alterū Gomorrum.Apud quæ pomū quod gignitur habeat licet ſpecimen maturitatis:mandi tamen nō poteſt.Nam fuliginē intrinſecus fauillatiā ambitio tantū eximie cutis cohibet: quæ uel leui preſſa tactū fumū exaltat:& fatiſcit in uagū puluerē. Interiora Iudææ quæ occidentē cōtuentur eſſemii tenent: qui prediti memorabile diſciplina receſſerunt a ritu gentiū uniuerſarū maieſtatis:ut reor prouidentia ad hunc morē deſtinati.Nulle ibi fœminæ uenere ſe penitus abdicauerunt:pecuniā neſciunt:palmis uictitant.Nemo ibi naſcitur: nō tamen deficit hoīum multitudo:locus ipſe addictus pudicitiæ eſt. Ad quē plurimi licet undiq; gentiū properent:nullus admittitur: niſi quem caſtitatis fides & innocētiæ meritū proſequatur.Nā qui reus eſt:uel leuis culpe:quanuis ſumma ope adipiſci ingreſſu uelit:diuinitus ſubmouetur.Ita per immenſum ſpatium ſeculorum incredibile dictu eterna gens eſt ceſſantibus puerperiis Engada oppidum infra heſſemios fuit:ſed exciſum eſt.Verum inclytis nemoribus adhuc durat decus:lucisque palmarum eminentiſſimus:nihil ueſ de euo:uel de bello derogatum.Iudææ terminus.Maſſanda caſtellum.

De Scytopoli oppido.

PRanſeo Damaſchum.Philadelphiam.Araphianam.Scytholim:primos incolas & auctorem dabo.Liber pater cui humo nutriſſem tradidiſſet cōdidit hoc oppidum. Vt ſepulturæ titulum etiam urbis mœnibus ampliaret.Incolæ deerant e comitibus ſuis Scythas delegit: quos ut animi firmaret ad promptam reſiſten liiii

di uiolentiam primũ loci nomen dedit.Id ſelucia alter caſſius mons eſt Antiochie proximus: cuius e uertice uigilia adhuc quarta conſpicitur globus ſolis:& breui corporis circunactu radiis caliginem diſſipantibus:illinc nox hinc dies cernitur:talis e caſſio ſpecula eſt; ut lucem prius uideas q̃ auſpicetur dies.

De tygri & Eufrate & lapidibus præcioſis.

EVfratẽ maior fundit Armenia ortũ ſupra zizaniã ſub radicibus mõtis: quẽ Cathotẽ accole noiant ſcythicis proxĩo. hic receptis in ſe aliquot amnibus cõualeſcat: & ſtipatus conuenis aquis:luctatur cũ thauri mõtis obiecti.Quẽ apud elegeã ſcindit:et ſiſtat licet duodecim milibus paſſuũ latitudĩe lõgiſq; excurſibus dextera Cõmagenẽ. Arabiã leua relinquit. Deinde ꝑlabẽs plurimas gentes Babilonia quondã caldeorũ caput diuidit.Meſopotamiã opimat annue inũdationis exceſſibus ad inſtar amnis Egyptii terris ſuper fuſus inuecta ſoli fœcũditate.Hiſdẽ ferme tẽporibus qbus nilus exit ſole.ſ.in parte Cancri uigeſima cõſtituto.tenuat̃ cũ iã leone decurſo ad extima uirginis curricula facit trãſitũ.Quod Gnomici ſimilibus parallelis accidere cõtẽdũt quos pares & cæli & terrarũ poſitione equalitas nõ malis efficit lineæ. Vnde apparet iſta duo flumina ad modũ eiuſdẽ perpendiculi cõſtituta:licet e diuerſis manẽt plagis eaſdẽ incrementi cauſas habere.

De tygri quoq; dicere hoc loco par eſt.

IN Armeniæ regione caput tollit mire q̃ lucido cõſpicuo fonte in loco edito q elegos noiatur.Nec ab exordio ſtati toto ẽ Primũ pigre fluit:nec cũ ſuo noie. At cũ fines mediorũ inuectus ẽ:tygris ſtatim dicitur.Ita eñi medi noiant ſagittã. Influit in Arethuſam lacũ oĩa põdera ſuſtinẽtẽ. Cuius piſces nũquã ſe alueo tygridis ĩmiſcent:ſicut nec amnici piſces in ſtagnũ trãſeũt Arethuſæ: per quẽ diſſimili colore uolucri meat curſu. Mox thauro reſiſtẽte in profundũ ſpecũ mergit̃ quẽ ſubter labẽs ĩ altero eius latera apud zomadã emicat uluas:& purgamẽta plurima ſecũ trahẽs.Deinde identidẽ abſcõditur rurſuſq; reddit̃. Adiabenes arabaſq; ꝑterfluit.Meſopotamiã amplectit̃. Amnẽ nobiliſſimũ Hidaſpẽ accipit. Eufratẽ defer in ſinũ piſcũ.Quecũq; eufratẽ bibũt gẽtes diuerſo nitẽt lapide.Et milantis in ipſo Eufratis alueo legitur gẽma ad imaginẽ marmoris percoñẽſis:niſi ꝙ in medio umbilico lapidis iſtius glauci uelut oculi nitet pupilla. Agada a caldęis ad nos uſq; fluxit haud facilis repertu ni ut ipſi perhibẽt ipſam ſe capeſſendã daret.nãq; ingenita ſpũs efficacia q̃dã ſupmeãtes naues ex ꝓfundo petit:& carinis ita tenaciter accorporatur:ut niſi abraſia parte ligni egre ſeparetur.Et Agada apud Caldeos propter effectus quos ex illa ſciũt habetur loco principe. Cæteris

propter gratiam magis complaſſet iucundiſſime uirens. Myrrhites
parthis familiaris hunc ſi uiſu eſtimes myrrhæ color eſt. Et nõ habet
quod afficiat aſpectum. Si penitus explores etiam attritu incites ad
calorem ſpirat nardi ſuauitatem. In perſide lapidum tanta copia eſt.
tantaque diuerſitas: ut longum pene ſit ipſis uocabulis immorari.
Mitridax ſole percuſſa coloribus micat uariis. Tegolitus nucleo oli-
ue ſimilis ſpernitur cum uidetur. Sed remediis bonuſ uincit aliorum
pulchritudinem. Solutis quippe & hauſtus pulſis calculis renium do-
lores ac ueſice ſeuat. zammocriſius a renis auro immixtus: nunc bra-
ctearum: nunc pulueris habet quadrulas. Ethites fuluus eſt & tereti
poſitione alterum lapidem intrinſecus cohibens: cuius crepitu ſono
rus eſt cum mouetur quamlibet tinnitum illum non internum ſcru
pulum facere ſed ſpiritum ſcientiſſimi dicant hunc ethiten zercaſtes
præfert omnibus maximamq; illi tribuit poteſtatem. Inuenitur autẽ
in nidis aquile aut in littoribus oceani. In perſide tamẽ plurimis. Spẽ
uteri defendit a fluxibus abortiuis. Pyrrhites furuus eſt: tenerique ſe
uehementius non ſinit. At ſi quando arctiori manu præmitur digy
tos adurit. Calazias grandinis & candorem præfert & figuram duri
tia robuſtiſſima & inuicta Ethites uipereas habet maculas. Dionyſi
as fuſcus eſt: rubentibus notis ſparſus. Idem ſi aque mixtus contera-
tur, fragrat uinum & quod in illo odore mirificum ẽ: ebrietati reſiſtit.
Gloſopetra deficientibus lunis cælo cadit lingue ſimilis humane nõ
modice: ut magi peribent: poteſtatis: qui ex ea lunares motus excita
ri putant. Solis gemma percandida eſt ad ſpeciem fulgidi ſideris: ru
tiloſq; ex ſeſe iacit radios. Veneris crinis nitet nigro iternis ductibus
oſtentans ruforum crinium ſimilitudinem. Senelites tranſlucet ful-
gore candido molleoq; continens lune imaginem. Quam iuſta cur
ſum aſtri ipſius perhibent diebus ſingulis uel minui uel augeri. Me
conites papauera exprimit Mirmicetes reptantis formice effigie no
tatur. Calcophõgus reſonat ut pulſata era: pudice habitus ſeruat uo
cis claritatẽ. Siderites a cõtẽplatione ferri nihil diſſonat. Verũ moleſi
cus quoquo inferat diſcordias excitat. Flongites oſtentat intra ſe ue
lut flamas eſtuantes. Antralyraias cõruſcat in modũ ſcintillantiũ ſtel
larũ. Enidrus exudat ut clauſam in eo putes fontaneã ſcaturiginẽ.

De cilicia & cidno amne & corytio anero: & Tauro monte.

C c iliciam de qua agitur ſi ut nũc ẽ loquamur derogaſſe uidebi
mur fidei uetuſtatis. Si termios ſequimur quos habuit olim
abſonũ eſt a contemplatione rerum præſentium. Ergo inter
utrãq; culpam factum optimũ ẽ ambos temporũ ſtatũ perſequi. Cili
cia antea uſq; ad peluſium. Egypti pertinebat Lidiis Medis Armẽiis

Pamphilia, Cappadocia ſub imperio Cilicum cõſtitutis. Mox ab aſſiriis ſubacta in breuiorem modũ ſcripta eſt plurima iacet campo ſinu lato recipiens mare Iſſicum. ab tergo mõtium thauri & Amani iugis clauſa. Sortita nomẽ a Celice quem etas priſtina pene ultra eum memorie abſcondit hunc phœnice ortum qui antiquior Ioue de primis terre alumniſ habetur. Matrem urbium habet Tharſon: quam Dane proles nobiliſſima perſeus locauit. hãc urbem interſecat cidinus amnis. hunc cidinum alii præcipitari thauro. Alii deriuari ex alueo Cohaſpidis tradiderũt. Qui cohaſpes ita dulcis ẽ ut perſici Reges q̃ diu interripas perſidis fluat ſoli ſibi ex eo pocola uẽdicauerint. & cũ eundum foret peregre aquas eius ſecum uectitent. Ex illo igitur patente cidinus miram trahit ſuauitatem. Quicquid candidum eſt cidiuũ gẽtili lingua Siti dicunt: unde amni huic nomen datũ ſumet uere cum ſoluũtur niues: reliqua parte amni tenuis eſt & quietus. Circa coricium Cilicie crocum plurimum optimumq;. Det licet Sicilia: det Cirenà: det & Licia: hoc primum eſt. Spirat fragrantius coloreq; plus aureo eſt. ſucci ope citius proficit ad medelam. Ibi coricos oppidum eſt & ſpecus qui montem impoſitum mari a ſummo cauat uertice patulus hyatu ampliſſimo. Nam deiectis lateribus i terre profundum nemoroſos orbe amplectitur media amœnitate uirens introrſus lucis pendentibus. Deſcenſus in eum per duo milia & quingentos paſſus nõ ſine largo die hinc inde fontium larga & aſſidua ſcaturigine. Vbi peruentum ad ima primi ſinus: alter rurſus ſpecus panditur. Quod antrum latis primum patet faucibus poſtmodum in proceſſu per anguſtias obſcuratur in eo ſacrum eſt locus fanum: in cuius receſſu intimo Tiphonis gigantis cubile poſitum accole crediderunt heliopolis antiquum oppidum ciliciæ fuit patria Criſippi Stoice ſapientiæ præſtantiſſimi: Quod a Tigrane Armeniæ ſubactũ & diu ſolum pompeiolim deuictis cilicibus. Cneus magnus cognominauit Mons tauros ad indico primum mari ſurgit. Deinde a ſcopulis celidoniis. Inter Egyptum & Pamphilium pelagus obiectus ſeptentrioni dextro latere: leuo meridiane plage occurrit occidenti obuerſus fronte profuſa palam eſt trans eum cõtinuare uoluiſſe penetrato mari: niſi profundis obſiſtentibus oſtendere radices ſuas uetaretur. Denique qui perſcrutantur naturas locorum: tentaſſe eum omnes exitus promõtoriis probant. Nam quoquo uerſum mari alluitur procedit in prominentias: ſed modo intercluditur phœnitio modo pontico ſinu: interdum Caſpio uel hircano. Quibus renitentibus ſubinde fractus contra Meothim lacum flectitur: multiſque difficultatibus fatigatus ripheis ſe iugis annectat pro gentium ac linguarum uarietate plu

iſariam nominatur Apud nidos lamos mox propaniſos coatros. Apud parthus poſt Niſates inde thaurus atq; ibi in excellentiſſimam conſurgit ſublimitatem caucaſus. Interea etiam a pópulis appellatio nem ſtrahit. Ab dextero latere Caſpius dicit uel hircanuſ A leuo Amazonicus. Moſchicus. Scythicus: Ad hæc uocabula habeni alia multa. Vbi dehiſcit Hiulcis iugis facit portas: quarum prime ſunt Armenie tunc Caſpie poſt Ciliciæ in Græciam uerticem exerit. Vbi Cerannius prædicatur. A Ciliciæ finibus Aſiaticum limitem diſparſit. Quantus meridiem uidet ſole ineſtuat. Quicquid ſeptentrioni oppoſitum eſt uento tunditur & pruina. Quod ſilueſtre eſt efferatu e plurimis & leonibus immaniſſimis.

De Chimera monte.

QVod in campania Veſuuius: in Sicilia Etna: hoc in Licia monſ eſt chimera. Hic mons nocturnis eſtibuſ fumidũ exhalat. Vnde fabula triformis monſtri in uulgũ data eſt: q̄ Chimera animal putauerunt. Et naturã ibidẽ ſubeſt ignea Vlcano urbẽ ꝓximã Licii dicauerunt q̄ de uocabulo ſui nomini effeſtiã uocant. Olympuſ quoq; inter alia ibi oppidũ fuit nobile. Sed intercidit Nunc caſtellũ eſt infra duod aque regie ob inſigne fluoris ſpectacula ſunt uiſentibus.

De Aſia. Phrygia: gallatia. lidia. epheſo urbe. Et uiris illuſtribus & de homero & heſiodo. & ſepulchris aiacis & mennonis & eius auibus & teutrantis regione de cameleonte & ciconiis.

SEquitur Aſia: ſed non eam Aſiam loquor quæ in tertio orbis diuortio terminos amnes hẽt ab ægyptio mari Nilũ. a meoti lacu tanaim. Verum ea quæ a telmeſo licie incipit. Vnde etiã Carpatius auſpicatur ſinus. Eam igitur Aſiam ab oriente Licia incln dit & phrygia ab occidẽte egea littora. a meridie mare ægyptium paphlagonia. a ſeptentriõe epheſus in ea urbs clariſſima eſt. Epheſo decus templũ Dianæ Amazonũ fabrica adeo magnificum: ut & Xerxeſ cum oia aſiatica templa igni daret: hinc uni pepercerit. ſed hæc Xerxis clementia ſacras edes nõ diu a malo uindicauit. Nãq; Heroſtatus: ut nõis ſui memoriã fama ſceleris extẽderet: ſicut ipſe confeſſus ẽ: inceudium nobilis fabrice manu ſua ſtruxit uoto adipiſcãde lotioris fame Notatur ergo eadẽ die cõflagrauiſſe templũ. Epheſi: q̄ Alexander magnus pelle natus eſt. Qui oritur ut nepoſ edit. M. Fabio Ambuſto. T. Quitio Capitolino cõſulibus. ãno poſt Romã cõdã trecẽteſimo octoceſimo quinto. Id templũ cũ poſtmodũ ad cultũ anguſtiorẽ Epheſii reformarent faber operi Dimocrates præfuit. quem Dimocritum Alexandri iuſſu Alexandriam in ægypto metatam ſupera expoſuimus. Nuſquam autem orbe toto tam aſſiduo terremotus: & tam crebras

urbium dimerſiones q̃ in Aſia eſſe cladibus Aſiaticis patuit. Cũ Tiberio principe urbes duodecim ſimul una ruina occiderit. Ingenia aſiatica inclyta p gentes fuere. poetæ Anacreon: inde Mimnermus & Antimachus: Deinde Hipponax: deinde Alceus: intercos et Sapho mulier. At hiſtoriæ cõditores Exãthus. Hecateus. Herodotus: cũ quibus Ephorus & Theopõpus. Namq; de vii. ſapiẽtia p̃ditis Bias Tales. pitacus. Cleanteſ ſtoice eminẽtiſſimis Anaxagoras nature indagator. Heraclitus & ſubtilioris ſcientiæ archanis immoratus clariſſimus. phrygia Aſiã excipit: in qua Celene antiquato priore noĩe in Apameã trãſire. Oppidum a rege Seleuco poſtmodum conſtitutum: Iſtic Marſias ortus. Iſtir & ſepultus. Vnde qui ꝓximat fluuius: Marſias dicitur. Nam ſacrilegi certaminis factum: & audaces in deum Tibias teſtatur non procul fonte uallis quæ euentum geſte rei ſignat: & ab Apamea decem milibus paſſuum ſeparata Aulocrene uſque adhuc dicitur. Ex arce huiuſce oppidi Meander amnis caput tollit: qui recurentibus ripis flexuoſus inter Cariam & Ioniã p̃cipitat in ſinum qui miletũ diuidit & prienniam. Ip ſaphrygia Troadi ſuperiecta eſt. A liconia parte gallacie collimitata. A meridiana licaone pſidiæ: Migdoniæq; conterminat. Eadẽ ab oriente uicina Lidie. A ſeptentrione meſie & carie. A parte qua dies medius eſt mons Libia: & Tmolus croco florẽtiſſimus Amnis pactolus quẽ aurato fluore incitũ aliter Chriſoroã uocãt. In his locis animal naſcitur quod Bonacũ dicũt. Cui taurinum caput ac deinceps corpus omne, tãtum iuba equina Cornua autem ita multiplici flexu in ſe reuertentia. Vt ſi quis in ea offenderit nõ uulneretur Sed quicquid p̃ſidii monſtro illi fons negat: aluus ſufficit. Nam cum in fugam uertitur proluuie citi uentus finium egerit perlongitudinẽ triũ iugerum par longas aſpergines: quarũ ardor qcquid attigerit adurit. Ita egerie noxia ſubmouet inſequentes miletos Ionie caput. Cadmi olim domus: ſed eius qui primus inuenit pro ſe orationis diſciplinum. Non longe ab epheſo Colophon ciuitas nobilis oraculo clarii Appolonis: Inde haud procul Minas ſurgit: Cuius uertices de nebulas ſuper uoluptantibus future tempeſtatis ſignificãt qualitatẽ: Caput meonie ſiphilus excipit Tantalus antea dictus: & in illã uocabali memoriam orbitatibus datus Niobe. ſmirnã moles circunfluit inter flumima Aſiatica facile p̃cipuus amnis Smirnios uero cãpos fluuius Hermius ſecat: qui ortus: A dorilao phrygiæ phrygia ſcindit a caria. hunc quoq; Hermũ fluctibus aureis eſtuaſſe antiquitas credit Smirna: unde præcipue nitet homera uati extitit patria. Qui poſt illum capetũ anno ducẽtiſimo. lxxii. humanis rebus exceſſit. Agrippa ſilυio Thiberni filio albe regante anno ante Vrbẽ conditã centeſimo. & lx.

inter quē & Heſiodū poetā qui in auſpitiis Olympiadis prime obiit centū triginta octo anni interfuerunt. In Rhœtheo littore Athenienſes & Mitinei ad tumulum ducis Theſſali Achilion oppidum condiderunt. quod propemodum interiit. Deniq; interpoſitis .xlvii. ferme ſtadiis i altero cornu eiuſdem littoris ob honorem Salamini Aiacis: alterā oppidū cui Eanteo nomen datum eſt Rhodii extruxerunt. At iuxta illū Mēnonis ſtat ſepulchro: ad quod ſempiterno ex Ethiopia caceruatim aues aduolant: duas llienſes mennonias uocant. Crumētius auctor eſt has eaſdem anno quinto in ethiopia caterua tim coire & undiq; uerſum quouſq; gētium ſit ad regiam mēnonis conuenirē Mediterranea quæ ſunt ſupra Troadis partē teutrania tenet regio: q̄ prima Meſorū fuit patria. Hæc teutrania profunditur Caico flumine per oēm Aſiam Camelion plurimus aīal quadrupes: facie qua lacerte niſi crura recta & longiora uenti iunguētur: ꝓlixa cauda Eademque in uertiginē torta: hamati ungues ſubtili aduncitate. Inceſſus piger & fere idē qui teſtudinū motus. Corpus aſperum: ſquamoſa cute qualē in crocodillis deprehēdimus ſubducti oculi: & receſſu cōcauo introrſum recepti quos nunquam uictatione obunbit. Viſum deniq; nō circumlatis pupilis: ſed obtutu rigidiori intentat: hiatus eius eternus ac ſine ullius uſus miniſterio: quippe cū neque cibum capiat. neq; potu alatur: nec alimento q̄ hauſtu aeris uiuat. Color uarius & in momento mutabilis. ita ut cuicunque ſe rei iunxreit concolor ei fiat. Colores duo ſua: quos fingere non ualet: rubeus & candidus. Cæteros facile mentitur. Corpus pene ſine carne: uitalia ſine liene: non niſi in corculo pauxillum ſanguinis deprehenditur. latet hyeme: producitur uere impetibilis eſt Coraci: a quo cum interfectus eſt: uictorem ſuum perimit interemptus. Nam ſi ex eo uel modicum ales ederit: illico morietur. Sed corax habet preſidium ad medelā natura manuū porrigente. Nam cum afflictum ſe intelligit: ſumpta fronde laurea recuperat ſanitatem. Pithon eſt in aſia locus in cāpis patentibus: ubi primo aduētus ſui tpe. Ciconiæ aduolāt. Et ea quæ ultima aduenerit: ſacerāt uniuerſe. Aues iſtas ferunt linguas non habere: ſonū autē quo crepitāt oris potius q̄ uocis eſſe eximia illis ineſt pietas. Etenim quantum tpis impēderint fœtibus educādis: tātum & ipſe a pullis ſuis inuicem alūtur ita. n. Impēſe nidos fouēt ut incubitus aſſiduitate plumaſ exuūt. Noceri eis omnibus quidē locis nefas putant: ſed in theſſalia uel maxie ubi ſerpentium immanis copia eſt. Quos dum eſcandi gratia inſectantur regionibus theſſalicis plurimū mali detruhunt. Galatiam primis ſeculis priſce gallorū gētes occupauerūt tholoſbici ueturi ambitoti q̄ uocabula adhuc ꝑmanēt. Quāuis galiatia unde dcā ſit ipſo ſonet nomine.

De Bithinia. Hannibale. Aconem portu & Achenisio specu.

Bithania in pōti exordio ad partem ſolis orientis aduerſa thraciæ opulēta ac diues urbium a fontibus ſangari fluminis primos fines habet. Ante bebricia dicta: deinde Migdōia moz a Bithinio rege bithinia. In ea pruſiadem urbē: & prætermeat. Hilas flumen. Et aluit Hilas lacus. In quo periiſſe creduntur delitias. Herculis. Hilam Puerum Hymphis rapinam. In cuius memoriam uſq; adhuc ſolemni tripudiatione lacum populus circuit: & hilam uoce clamant in bithino quoq; agro libiſſa locus nicomedie proximus ſepulchro hānibalis fame datus: Qui poſt Cartaginenſe iuditium tranſfuga ad regem Antiochum dein poſt Antiohi apud termopilas tam malam pugnant: fractum regem fortune uicibus inhoſpitium Pruſie deuolutus ne traderunt. T. Quintio ob hanc cauſam in bithiniam miſſo captuuſque. Romam ueniret ueneni mali poculo animam expulit: & Romanis ſe uinculis monte defendit.

De ponticis oris.

IN ora pontica poſt boſphori fauces & Rheſum amnem portumque calpas ſagaris fluuios ortus in phrygia: dictuſque ſangaris. Exordium facit maris andini ſinus: ī quo oppidum heraclea appoſitum lico flumini. & acone portus. Qui prouentu malorum graminum uſque adeo celebris eſt: ut noxias hærbas aconita illinc nominemus: proximus inde: Acheruſius ſpecus quem foraminis ceci profundo aduſque inferna aiunt patere.

De Paphlagonia & uenetorum origine.

PAphlagoniā limes. a tergo galaticus amolectitur. Et paphlagonia ſcarabi promontorio ſpectat tauricā. Cithero monte cōſurgit porrecto in ſpaciū triū & ſexaginta: miliū inſignis loco enetorū quo & Cornelius nepos ꝑhibet paphagōes ī Italiā trāſuecti mox ueniti ſūt noīati. Plurimas in ea regiōe urbes milleſii cōdiderūt. Eupatoria mitridates quā ſubaſta a. Pōpeio Pēpeiepolis ē dicta.

De Cappadocia.

CAppadocia gentium uniuarſorum quæ portum accolūt præcipua intorſus recedit. latere leuo utraſq; Armenias & Commagenem prius ſimul tranſit. dextro pluprimis Aſiæ populis circūfuſa. Attollitur ad thauri iuga & ſolis ortum præterit Lycaoniam pſidiam Ciliciam. Vadit ſuper tractum Syrie Anthiochie parte regionis alterius in Scythiam præpendens: Ab Armenia maiore diuiſa Eufrate amne: quæ Armenia unde pāidri mōtes ſūt auſpicat. Multe i cappadocia urbes īclyte. Verū ut ab aliis referāus pedē coloniā Arphelaidē q̄ deduxit Claudius Cæſar Aliis præterfluit. Nec occeſareā fluuius lacus alluit. Me Sēirāis condidit. Mazacā ſub argeo ſitā Cappadoces matrē urbiū uocāt q Argeus niualibus iugis arduus ne æſti

uo quidem torrēte pruinis caret. Quęq; indigene populi habitari nō credunt. Terra illa ante alias altrix equorū & ꝓuentui equino acōmodatiſſima. Quorū hoc in loco ingeniū reor perſequendū. Nā equis in eſſe iudicium documētis plurimis patefactum eſt. Cū iā aliquot inuēti ſint: qui nō niſi primos dn̄os agnoſcerēt obliti māſuetudinis ſi qū mutaſſēt cōſueta ſeruitia inimicos partis ſue norūt: adeo ut intur ꝑlia hoſtes morſu petant. Sed illud maius eſt ꝙ rectoribus perditis quos diligebāt accerſerunt fame morte. Verum hi moreſ in genere equorū ꝑſtantiſſimo reperiuntur. Nam qui infra nobilitatē ſunt ſati nulla documēta ſui ꝑbuerūt. Sed ne quid uideamur dicendi licentia contra fidem arrogaſſe: exemplū frequēs dabimus. Alexandri magni equus Bucefalus dictus ſiue de aſpectus toruitate: ſeu ab inſigni ꝙ taurinū caput armo inuſtū gerebat: uel ꝙ de fronte eius quedā extantiū corniculorū mine protuberabāt: Cū ab equario ſuo alias etiam molliter ſederet, accepto regio ſtrato neminem unquā aliū præter dominum uehere dignatus eſt. Documenta eius in præliis plurima ſunt quibus Alexandrum e duriſſimis certaminibus ſoſpitem opera ſua extulit. Quo merito effectū ut defuncto in India: exequias rex duceret: & ſupremis ſepulchrum daret. Vrbē etiā cōderet: quā in nominis memoriā Bucefalam nominauit. Equus. C. Cæſaris nullū ꝑter Cæſarē dorſo recepit: Cuius primores pedes facie ueſtigii humani trahūt fuiſſe ſicut ante ueneris genitricis cedem hac effigie locatus eſt. Regem. Scytharum cum ſingulari certamine interemptū aduerſarius uictor ſpoliare uellet ab equo eius calcibus morſuſq; laniatus ē. Agrigētina etiā regio frequens eſt equorū ſepulchris: ꝙ ſuꝑmitatis munuſ merito datū credūt. Voluptatē his ineſſe Cyrci ſpectacula ꝓdiderunt. Quidam .n. equorū cātibus tibiarū. qdā ſaltationibus: qdā colorū uarietate: non nulli etiā accenſis facibus ad curſus ꝓuocātur. Affectū equinū lachryme ꝓbāt. Deniq; interfecto: Nicomede Rege: equus eius uitā inedia expulit cū prœlio Antiochus Gallatas ſubegiſſet: Citareti nomine ducis qui in acie ceciderant equū ouaturus inſiluit. Iſq; adeo ſpreuit lupatos ut de induſtria curuatus ruina & ſe & equitem pariter afligeret. Ingenia equorum etiam Claudii Cæſariſ Cyrcenſes ꝓbauerunt: cum effuſo reſtore quadrige curſus emulos non minus aſtu q̄ uelocitate ꝑuerterent. Et poſt decurſu legittima ſpacia ad locū plane ſponte conſiſterēt uelut uictoriæ premiū poſtularent: excuſo quoq; auriga quem Rutimanā nominabāt relicto certamine ad capitoliū quadriga ꝓſilu it: nec ante ſubſtitit quamlibet obuius occurſibus impeditus quam. Tarpeium iouem trina dextratione luſtraſſet. In huiuſce animalis genere etas longior manibus. Legimus ſane equū aduſque annos ſeptu

āginta uixiſſe. Iam illud nõ uenit in ambiguũ quod in annũ tertiũ &
triceſimũ generant utpote qui etiã poſt uiceſimũ mittantur ad ſobolẽ
reficiendã. Notatũ etiã aduertimus Opontẽ nomine equũ ad Gregari
am uenerẽ duraſſe in annos quadraginta. Equarũ libido extinguitur
iubis tonſis. In quarũ partu amoris naſcitur ueneficiũ. Quod in fonti-
bus præferunt recens editi fuſno colore cicatricis ſimile: Hippoma
nes nominatũ. Quod ſi præreptũ fuerit ſtatim nequaquã mater pullo
ubera prebet felli tanda. Quo quis acrior fuerit ſpeique maioris pro-
fundius nares merſitat in bibendo. Mas ad bella nunquã producitur
apud ſcythas: eo ꝙ fœmine leuare ueſſicas etiã ſi fuga poſſint. Edunt
eque exuentis conceptos: ſed hinnunquã ultra trienniũ cũ trahunt.

De aſſiria & mœdia.

Aſſiriorũ initiũ a Diabene facit. In cuiuſ parte abellitiſ regio eſt
quẽ locũ uictoria Alexandri magni nõ ſint præteriri. Nã ibi co
pias Darii fudit ipſumq; ſubegit. Expugnatiſq; eius caſtris in
reliquo apparatu regis repperit ſcriniũ unguentis refertũ. Vnde pri-
mũ Romana luxuria fecit ingreſſum ad odores peregrinos. Aliquan
tiſper tamẽ uirtute ueterũ ab illa uiciorũ celebra defenſi ſumus. Atq; a
deo in tẽporibus cẽſorũ. P. Craſſii & Iulii Cæſaris qui edixerũt anno
urbis cõdite quingẽteſimo ſexageſimo quinto, ne quis unguẽta inue
heret peregrina. Poſtmodũ uicerunt noſtra uitia & ſenatui adeo pla-
cuit odorũ delita: Vt ea etiã in penalibus tenebris uteretur: Sicut. L. P lo
tiuſ fratrem planci bis conſulẽ proſcriptũ a triumuiris in ſalernitana la
tebra unguenti odor prodidit hos terrarũ ductus excipit medica, cu
ius arbor inclaruit etiam carminibus mantuanis. Ingens ipſa & cui ta
le ferme quale unedonibus folium eſt tantum in eo differt ꝙ aculea
tum ſpinulentis faſtigiis hiſpidatur. Geſtat malum inimicum uene-
nis: ſapore aſpero: & amaritudinis mire: odoris autem fragrãtis pluſq̃
iucũdum longeq; ſenſibile. Verũ pomorum illius tanta ubertas ineſt:
ut onere ꝓuentus ſemper grauetur. Nam ꝓtinus atq; poma eius ceci
derint maturitate: alia protuberãt. Eaq; tantũ eſt opimitati mora ut fe
tus decidant ante nati. Vſurpare ſibi nemora iſta optauerunt & aliæ
nationes per induſtriam tranſlati germiniſ & inſerti. Sed beneficium
ſoli medie datum natura reſiſtente: terra alia non potuit mutuari.

De portis caſpiis.

Caſpie porte panduntur itinere manufacto lõgo octo milibus
paſſuum. Nam latitudo eius uix eſt paluſtro ꝑmeabilis. In hiſ
anguſtiis etiã illud inter alia difficile: ꝙ præcioſorũ laterum
ſaxa liquentibus inter ſe ſalis uenis exundant humorem affluentiſſi
mum. Qui mox ui caloris conſtructus uelut in glaciem cohit. Ita lae

beſ inuia acceſſum negat. Præterea octo & uiginti milibus paſſuum tractis omnis ꝙ unde pergitur nullis puteis uel fontibus humo arrida ſine præſidio ſitit. Tunc ſerpentis undique gentium conuene a uerno ſtatim die illuc confluunt ita pericula ac difficultatiſ concordia ac Caſpios niſi hyeme acceſſus negat.

De loco nõinato Dierũ.

A Caſpiis ad orietem ueſus locus eſt quod direum appellatur. Cuius uberti eſt ꝙ uſpiam compatari queat. Quem locum circumſidunt lapiri Naxuchi & Hircani. Et proximat Margame regio inclyta cæli ac ſoli commodis: adeo ut in toto illo lati fundi uitibus ſola gaudeat. In faciem theatralem montibus circunuenitur ambitu ſtadiorum mile quingentorum pene in acceſſa ob incommodum arenoſe ſolitudinis: quæ per cẽtum & uiginti milia paſſuum undique uerſum circonfuſa eſt. Regionis huius amœnitatem Alexander magnus uſque adeo miratus eſt: ut ibi primum Alexandriam conderet. Quam mox barbaris exciſam: Antiochus Seleuci filius reformauit. & de nuncupatione. domus ſue dixit Seleuiam. Cuius urbis circuitus diffunditur inſtadia. lxxv. In hac herodes Romanos captos craſſian a clade deduxit. Et aliud in Caſpiis Alexander oppidum excitarat. Idque Heraclea dictum dum manebat ſed hoc quoque ad iiſdem euerſum gentibus. deinde ab Antiocho reſtitutum ut ille maluit. Achais poſtmodum nominatum eſt.

De oxo flumine & bactris & gentibus circa oxũ & terminis liberi partis & Herculis & camelorum natura.

OXus amnis orit̃ de lacu Oxo cuius oras hinc in batẽi & Oxoſtace accolũt: ſed ꝑcipuã partẽ Bactri tenẽ. Bracteris ꝓterea ꝓprius eſt amnis Bactros. Vnde & oppidũ ꝙ incolũt bactrum Gentes huiuſce q̃ pone ſũt ꝓpanſi iugis ambiunt: q̃ aduerſa nidi fontibus terminant̃. Reliqua includit ochus flumẽ. Vltra hos pãda oppidũ Sogdi anorũ. in quorũ finibus Alexãder magnus tertiã Alexãdriam cõdidit: ad cõteſtãdos itineris ſui termios: hic. n. locus ẽ ĩ quo primũ a libero pr̃e poſt ab Hercule: deinde a Semiramide: poſtrẽo etiã a Cyrro are ſũt cõſtitute. Quod proximũ gloria oẽs duxerũt illo uſque promouiſſe itineris ſui metaſ. Vniuerſi eius ductus dũtaxat ab illa terrarũ parte laxãtes fluuius ſecat fines. Quem laxaten ſoli uocãt. Bactri alii. Nã Scythe Solim nominãt: Hũc eũdẽ eſſe Tanaim exercitus Alexandri magni crediderũt Verum Demodamas dux Seleuci & Antiochi ſatis idoneus auctor: tranſuectur amnem iſtum titulos oĩum ſupgreſſus ẽ: aliũq; eẽ q̃ Tanam deꝑhẽdit: ob cuius gloriæ inſigne dedit nomini ſuo: ut altaria ibi ſtatueret Appolini Didymeo hoc ẽ collimi nium: In quo limes perſicus ſcythicis iungitur quos ſcythas per ſe lin

gua ſua ſatis dicunt:& inuicem ſcythe perſas corſacos nomināt mon temq; caucaſum croucaſim id eſt niuibus candidantem. Denſiſſima hic populorum frequentia.cum partis legem placiti ab exordio moris incorrupta cuſtodit diſciplina. E quibuſ celeberrimi ſunt. Maſſagete. Eſſe dones. Satarche & apamei: poſt quos immaniſſimis barbaris interiacentibus de ritu aliarum uationum pene inconſtanter diffinitum aduertimuſ. Bactri camelos fortiſſimos mittunt: licet Arabia plurimos gigant. Verum hoc differunt: φ Arabici bina tubera in dorſo habent: ſingula Bactriani. Nunq̄ pedes atterunt. Sunt.n.illis. reciproci quibuſdam pumunculis ueſtia carnulenta. Vnde & contraria eſt labes ambulantabus nullo fauente præſidio ad niſum inſiſtendi. habētur in duplex miniſterium. ſunt alii oneri ferendo accommodati. alii ad peniciratem leues. Sed nec illi ultra iuſtum pondera recipiunt nec iſti amplius q̄ ſolita ſpatia uolunt egredi: Geniture cupidine afferantur: adeo ut ſeuiant: cum uenerem requirunt: oderunt equinum genus. Sitim etiam in quatriduum tolerant. Verum cum occaſio bibendi data eſt: tantum impetur quantum & ſaciet deſideria præteria: & in futurum diu proſit. lutulentas aquas catant: puras refugiunt. Deniq; niſi cenoſior liquor fuerit: ipſi aſſidua proculcatione limum excitant ut turbetur. Durant in annos centum: niſi ſorte tranſlati in peregrina inſolentia mutati aeris morbos trahant. Ad bella fœmine præparantur. Inuentumq; eſt ut deſiderium eis coitionis quadam caſtratione exearetur. putant.n.fieri ualidiores: ſi a coitibus arceantur.

De ſeribus & uellere ſerico & attagis.

Q Va ab Scythico & oceano & mari Caſpio in oceanum eoum curſus inflectitur ab exordio huiuſce plage profunde niues mox longa deſerta poſt antropofagigens aſperima: deinde ſpatio ſe uiſſimus beſtiis efferata ferme dimidiam itineris partem impenetrabilem reddiderunt. Quarum difficultarum terminum facit iugum mari immines quod tabin barbari dicunt: poſtquam adhuc longinquæ ſolitudine. Sic in tractu eius ore quæ ſpectant eſtiuum orientem ultra in humanos ſirus primos hominum ſeres cognoſcimus. Qui aquarum aſpergine mundatis frondibus uellera arborum adminiculo depectunt liquoris & lanuginis tenerū ſublimitatē more domant ad obſequū: hoc illud eſt ſeriū in uiſum publicum damno ſeueritatis admiſſum & quo oſtentare potius corpora q̄ ueſtire primo fœminis nunc etiā uris perſuaſit luxuriæ libido. Seres ipſi quidē mites & inter ſequietiſſimi. Alios reliquorū mortalium cœtus refugiunt adeo ut ceterarum gentium commertia abnuant primum eorum fluuium mercatores ipſi tranſeunt in cuius ripis nullo inter partes lingue cōmertio ſed depoſitarū rerum præcia oculis eſtimantes ſua tradunt noſtra

non emunt.

De gente atrogorum.

SEquitur Attranus ſinus & gẽs atrogorum:quibus temperies prærogatiue miram aeris clæmentiam ſubminiſtrant: Arcẽt ſane afflatum noxium colles qui ſalubri apricitate undiq; ſecus obiecti prohibent auras peſtilentes. Atq; ideo ut amonitus affirmat par illis & hiperboreis genus uite ẽ. Inter hos & indiã gratiſſimi ciconas locauerunt.

De india.

HMedis mõtibus auſpicatur india. a meridiano mari porrecta a deo fauonii ſpiritu ſaluberrima bis in ano eſtatem habet: bis legit fruges uice hyemis etheſiis potitur autis:hanc poſſidonius aduerſam gallie ſtatuit. Sane nec quicquã ex ea dubiũ. Nam Alexandri magni armis cõperta:& altorũ poſtmodũ regũ diligentia peragrata penitus cognitioni noſtre adducta eſt. Megaſthenes ſane apud indicos reges aliquantiſper cõmoratus res indicas ſcripſit: ut fidem quã ſubiecerat memorie daret. Dionyſius quoq; qui & ipſe a filadelfo rege ſpectator miſſus eſt gratia periclitãde ueritatis paria prodidit. Tragũt ergo in india fuiſſe quinq; milia oppidorũ præcipua capacitate populorũ nouẽ militũ. Diu etiã credita eſt tertia pars eſſe terrarũ. Nec mirũ ſit uel de hoĩum uel de urbiũ copia cũ ſoli indi nunq̃ a natali ſolo receſſerint. Indiam liber pater primus ingreſſus ẽ ut pote qui indis ſub actis primus oĩum triũphauit. Ad hoc Alexandrũ magnũ numerãtur ſex milia quadringenti quinquaginta unus additis & amplius tribus menſibus habita per reges cõputatione qui cẽtum quinquaginta tres tenuiſſe mediũ euũ depræhenduntur. Maximi in ea amnes Ganges & Indus. Quorũ gangen quidã fontibus incertis naſci & nili modo exundare perhibent. Alii uolunt a Scythicis mõtibus exoriri. Hippanis etiam nobiliſſimus ibi fluuius qui Alexãdri magni iter terminauit ſicuti are in ripa eius poſite probant. Minima gangis latitudo per octo milia paſſuũ:maxima per.xx.patet. altitudo ubi uadoſiſſimus eſt menſurã centũ pedũ deuorat. Gangarides extrimus eſt Indie populus. Cuius Rex equites mille:elephãtos ſeptingẽtos:peditũ ſexagĩta milia in paratu belli habet. Indorũ quidam agros exercent:militiã plurimi:merces. Alii optimi ditiſſiq; rempu. curant: reddunt iudicia:aſſident regibus. Quietum ibi emminentiſſime ſapientiæ genus eſt. Vite repletos incenſis rogis mortẽ accerſere. Qui uero ferociori ſecte ſe dederunt: & ſilueſtrem agunt uitam:elephantos uenantur. Quibus perdomitis ad manſuetudinem:aut arant:aut uehuntur. In gange inſula eſt:populoſiſſimã & ampliſſimam continenſ gentem. Quorum Rex peditũ quinquaginta milia:equitũ quattuor milia in armis habet. Omnes ſane, quicunq; præditi ſunt regia pote-

ſtat e nō ſine maximo elephātorū equitū et peditūq; numero milita
rē agitāt diſciplinā. Parſia gens ualidiſſima palibothrā urbē incolūt.
Vnde quidā gentē ipſam palibothros noīauerūt. Quorū rex ſexcēte
na milia peditū:equitū triginta milia:elephantorū octo milia : oībus
diebus ad ſtipēdiū uocat. Vltra palibothrā mōs malleus in quo um
bræ hyeme in ſeptētrione eſtate in auſtro cadūt uiciſſitudine hac du
rāte ſenis menſibus. Septētriones in eo actu in anno ſemel:nec ultra
quindecim dies patent:ſicut auctor eſt Bethon: qui perhibet hoc in
plurimis indie locis iueniri. Indo proximātes flumini uerſam ad me
ridiē plagā ultra alios torrentur calore. Deniq; uim ſideris prodit ho
minū color. Mōtana pygmei tenēt. At hi quibus eſt uicinus oceanuſ
ſine regibus degūt. Pandea gens a fœminis regitur. Cui reginā pri
mā Aſſignat Herculis filiā. Et niſa urbs regioni iſti datur. Mons etiā
Iouis ſacer imeros noie:in cuius ſpecu nutritu liberꝝ patrē ueteres in
di affirmāt:ex cuius uocabuli argumēto creditur liberum patrē laſci
uienti fame fœmine natū. Extra indi hoſtiū ſunt inſulæ duæ Chriſe
& Argire adeo fecunde copia metallorū ut pleriq; eas aurea ſola ha
bere proderint:& argentea indis oībus promiſſa. Cæſaries non ſine
fuco cerulei aut crocei coloris. Cultus præcipuus in gēmis. Nullus
funerū apparatus:præterea ut Iube & Archelai regū libris editū ē:in
quātū mores populorū diſſonant : habitus quoq; diſcrepantiſſimus
eſt. Alii lineis:alii laneis peplis ueſtiūtur:pars nudi. pars obſcena tan
tū amictulati plurimi & flexibilibus libris circūdati. Quidam populi
adeo proceri ut elephātos uelut equos facillima inſultatioue trāſili
ant:plurimis placet neq; aīal occidere neq; ueſci canibus: pleriq; tātū
piſcibus aluntur:& e mari uiuūt. Sunt qui proximos parētesq; prius
q̄ annis ægritudine in maciē eant & intabeant uelut hoſtias cedunt.
Deinde perēptorū uiſcera epulas habēt: ꝙ ibi nō ſceleris ſed pietatis
loco numerāt. Sunt qui cū incubuere morbi procul a ceteris in ſecre
ta abeunt nihil anſie q̄ mortē expectātes. Aſtiacanorū gens laureis ui
ret ſiluis:lucis huſeis. Vitiū uero & arborū uniuerſarū quibuſ græcia
dulcis eſt prouētibus copioſa philoſophos habēt indi gimno ſophi
ſtas uocāt:qui ab exortu uſq; ſolis occaſum cōtentis oculis orbē cā
dentiſſimi ſideris intuentur: in globo igneo rimātes ſecreta quædā:
areniſq; feruētibus perpetē diē alternis pedibus inſiſtūt. Ad mōtem
qui Nilo dicitur habitāt quibus auerſe plante ſunt & octoni in plan
tis ſingulis digyti. Megaſthenes per diuerſos indie mōtes eē ſcribit
natiōes capitibus caninis armatas unguibus amictas ueſtitu tergorꝝ.
Ad ſermonē hūanū nulla uoce ſed latratibus tātū ſonātes aſperis ri
ctibus. Apud Cleſiam legitus quaſdā fœminas ibi ſemel parere : na

toſq; canos illico fieri. Eſſe rurſum gentem alterã:q̃ in iuuẽta ſit cana nigreſcat in ſenectute. Vltra cui noſtri temporis terminos perhẽnan tẽ Legimus monoculos quoq; ibi naſci ſingulis cruribus & ſingula/ ri pernicitace. Qui ubi defendi ſe uelint a calore reſupinati plantarũ ſuarũ magnitudine inũbarentur. Gangis fontẽ qui accolunt nullius ad eſcam opis indigent. Odore uiuunt pomorũ ſilueſtriũ. longiuſq; per gẽtes eadẽ illo in præſidio gerũt: ut olfatu alantur: qd ſi te triorẽ ſpiritũ forte traxerint exanimari eoſ certũ eſt. Perhibẽt eſſe gentẽ fœ minarũ quæ quinquennies cõcipiũt. Sed ultra octauũ annũ uiuendi ſpatia nõ protrahũt. Sunt qui ceruicibus carẽt: & in humeris habent oculos. Sunt qui ſilueſtres hirti corpora: caninis dẽtibus: ſtirdore ter rifico: Apud eos uero quibus ad uiuendi rationem propenſior cura eſt multæ uxores in eiuſdem uiri coeũt matrimoniũ: & cum maritus hoie deceſſerit apud grauiſſimos iudices ſuã quæq; de meritis agũt cauſam: & quæ officioſior cæteris ſnĩa uicerit iudicantiũ: hæc palmæ refert præmiũ ut arbitratu ſuo aſcendat rogum cõiugis: & ſupræmis eius ſemetipſam det inferias. Cæteræ nota uiuãt. Enormitas in ſer pentibus tãta eſt: ut ceruos & animãtia alia ad parẽ molẽ tota hauriãt Quinetiã oceanũ indicũ q̃tus eſt penetrent: inſulaſq; magno ſpacio a cõtinenti ſeparatas pabulandi petãt. Quod cotã eſt potentia ampliſſi mæ magnitudinis fieri qua per tantã ſali latitudinẽ ad loca permeãt deſtinata. Sunt illic multæ & mirabiles beſtiæ: quarũ e multitudinæ & copia partem perſequemur. Leucotrota uelocitate præcedit feras uniuerſas. Ipſa aſini fere magnitudine cerui clunibus: pectorẽ ac cru ribus leoninis: capite camelino: biſulca ungula ore aduſq; aures dehi ſcente: dentiũ locis eſſe perpetuo: hæc quoad formã. Voce autem lo quentiũ hominũ ſonos æmulatur. Eſt & aele alas ut equus: cauda ue ro elephanti: nigro colore maxillis prurigineis: præferens cornua ul tra cubitalẽ modũ lõga: ad obſequiũ cuius uelit motus accõmodata Neq;.n. rigent: ſed flectũtur ut uſus exigit præliandi. Quorũ alterum cũ pugnat protendit: alterũ: replicat: ut ſi niſu aliquo alterius acumẽ fuerit obtuſum acies ſuccedat alterius: hippopotamis cõparatur. Et ipſa ſane aquis fluminũ gaudet. Indicis tauris color fuluus eſt. Volu cris pernicitas. pilus in cõtrariũ uerſus hiatus omen qd ea. Hi quoq; circũferũt cornua flexibilitate qua malint: tergi duritia oẽ tælũ reſpu unt: ac tã imiti ferocitate ut capti aĩas proiciãt furore Mãticora uoq; noĩe iter hæc naſcit̃ triplici dẽtiũ ordine coeũt uicibus alternis facie hois: glaucis oculis ſanguineo colore: corpore leonino: cauda uel uti ſcorpiõis aculeo ſpiculata: uocetã ſibila ut imitet̃ fiſtularũ modulos tu bularũq; cõtinẽtiũ: hu. car. auidiſſime affectat: pedibus ſic uiget ſaltu

ſic poteſt: ut morari eā nec extēſiſſima ſpacia poſſint nec obſtacula la-
tiſſima: Sunt preterea boues unicorñs & tricorñs ſolidis ungulis nec
biſidis. Sed attrociſſimum eſt monoceros mōſtrum mugitu horrido
equino corpore elephanti pedibus: cauda ſuilla capite ceruino cornu
e media eius fronte protēditur ſplendore mirifico ad longitudinem
pedum quattuor ita acutum: ut quicquid impetat facile ictu eius per
foretur. Viuus nō uenit in hominū poteſtate: & interimi quidem po
teſt: capi nō poteſt. Atqꝫ etiā gignunt miracula nō minora. Anguillas
ad tricenos pedes longas educat ganges: quem Statius ſeboſus inter
præcipua miracula ait uermibus abundare ceruleis nomine & colore
Hi bina habent brachia longitudinis cubitoꝝ non minus ſenū adeo
robuſtis uiribus ut elephantos ad potū uentitantes mordicus cōpre
henſos ipſorū manu rapiāt in profundum. Indica maria balenos ha-
bent ultra ſpacia quattuor iugerū. Sed & quos fiſetras nuncupāt: qui
enormes ultrā molē ingētiū columnarū ſuper antēnas ſe nauiū extol
lant: hauſtoſqꝫ fiſtulis fluctus ita eructant: ut nimboſa alluuie plerūqꝫ
deprimant alueos nauigatiū. Sola india mittit pſitacū auē colore uiri
ditorqꝫ puniceo. Cuius roſtri tāta duricia eſt ut cum e ſublimi: præci
pitatur in ſaxū niſu ſe oris excipiat & quodam quaſi præſidio utatur
extraordinariæ firmitatis. Caput uero tam ualens ut ſi quando ad di
ſcendū plagis ſit admonēdus: nā ſtudet ut quid homines alloquatur
ferrea clauicula ſit uerberandus dum pullus eſt: atqꝫ adeo intra alterū
ætatis ſuæ annum quæ monſtrata ſunt & citius diſcit: & tenacius reti
net. Maior paulo ſegnior eſt & obliuioſus & indocilis inter nobiles
& plæbeios diſcretionem digyto facit numerus. Qui præſtāt quinos
in pede hñt digytos: cæteri ternos: Lingua lata multoqꝫ latior q̄ cæ
teris auibus. Vnde pficit ut articulata uerba pēitus eloquatur. Quod
ingenium ita romanæ delitiæ miratæ ſunt ut barbari pſitacos mercē
fecerint. Indorum nemora in tam proceram ſublimantur excelſitatē
ut tranſiacine ſagittis quidem poſſint. Pomaria ficus habēt quarū co-
dices in orbem ſexaginta paſſuū ſpacium enorme craſſeſcunt Ramo
rum umbre ambitu bina ſtadia conſumunt: Foliorū latitudo forma
amazonicae peltæ cōparatur. Pomum eximiæ ſuauitatis. Quæ palu
ſtria ſunt harundinem creāt ita craſſam ut fiſſis internodiis lembi ui-
ce uectitet nauigātes. E radicibus eius exprimitur humor dulcis ad
melleam ſuauitatem. Thylos idiæ inſula & ea fert palmas: oleā creat:
uineis abundat. Terras omnes hæc miraculo ſola uincit ꝙ quæcūqꝫ
in ea arbos naſcitur nūq̄ caret folio. Mons caucaſus inde incipit: q̄ ma
ximā orbis partem perpetuis iugis penetrat. Idem fronte qua ſoli ob
uerſus eſt arbores piperis oſtentat: quas ad iuniperi ſimilitudinem

diuerſos fructus edere aſſeuerant. Eorũ qui primus erũpit uelut core
lorũ fibria dicit̃ piper longũ:qui incorrupti piper albũ.Quorũ cutem
rugoſã & torridã calor fecerit.Nomen trahit de colore:piper nigrum
Qui deinde caducus torretur feruido ſole:uocamen trahit de colore.
Sed ut piper ſola india. ita & hebenũ ſola mittit.Nec tamen uniuerſa
rum uerum:exigua ſui parte ſiluis hoc gẽus gignit. Arbor eſt plerũq;
tenuis & frequentior: uimine raro : in craſſitudinẽ caudicis extubera
ta:hiulco cortice & admodũ reticulato : dehiſcentibus uenis adeo ut
per ipſos ſinus pars intima uix tenui bibro cõtegat̃:Lignũ omne atq;
mediale eadem ferme:& facie:& nitore qui eſt in lapide gagate . Indi
reges ex eo ſceptra ſũmũt:& quaſcũq; deorũ imaginis nõ niſi ex hebe
no habent.Idẽ ferunt materia iſta liquorẽ non cõtineri noxiũ:& quic
quid maleficum fuerit tactu eius auerti :hac gratia pocula ex hebeno
habent.Ita nihil mirũ ſi peregre ſit in precio: quo etiã ipſi quibus pro
uenit honorantur . Hebenum ex india romæ mitridatico triũpho pri
mũ magnus pompeius exhibuit.Mittit india & calamos odoratos po
tẽtes aduerſũ inteſtinæ ægritudinis incõmoda Dat & multa alia fra
grantia mirifice ſpiritus ſuauitate grata indicorum lapidũ i adamanti
bus dignitatis prima utpote qui lymphatiões ambigãt. Venenis reſi
ſtant:pauitãtiũ uanos metus pellant. Hæc primũ de his prædicari op
portuit quæ reſpicere ad utilitatẽ uidebamus.Hunc reddemus quot
adamãtũ ſunt ſpecies:& quis color quiq; eximius. In quodã chryſtali
genere inuenitur materia in qua naſcit̃ adæque ſimilis ſplẽdore liqui
diſſimo in mucronẽ ſexangulũ utriq; ſecus leuiter turbinatus:nec ul
tra unq̃ magnitudinẽ unclei auallanæ repetus.Hinc ꝓximus in excel
lentiſſimo auro depræhẽdit̃. Secũdus pallidior ac magis ad argẽti co
lorẽ renitens . Tertius inuinis cypri apparet ꝓprior ad aereã faciem
Quartus in metallis ferrariis legitur põdere cæteros antecedẽs nõ ta
mẽ & poteſtate.Nã & hic & q in cypro deprehẽdũt̃ frãgi queũt. pleri
q; etiã adamãte altero perforãt̃.At hi quos primus diximus nec fero
uincũtur.nec ligni ſoluũtur.Verũ tamẽ ſi.diu in ſanguine hircino ma
cerẽtur:aliter q̃ ſi callido frigido ue maleis aliquot antefactis & incu
dibus diſſipatis aliquãdo cedũt & i particulas diſſiliũt . Quæ fragmẽ
ta ſculptoribus in uſũ inſiniendæ eiuſcemodi gẽmæ expetũtur.Inde
adamantẽ & magnetẽ eſt quædã naturæ occulta diſſeſio:adeo ut iux
ta poſitus nõ ſinat magnetẽ rapere ferrũ. Vel ſi admotus magnes fer
rũ traxerit: quaſi prædã quandã quicquid magneti hæſerit adamas ra
piat atq; auferat. Lichintem deinde fert india:cuius lucis uigorem fla
gans excitat lucerna:qua ex cã lichintẽ græci uocauerunt. Duplex ei
faries. Aut in purpureã emicat claritate.aut meratius ſuffundit̃ cocci

rubore. Per omnē intimū ſui ſiqdē pura ſit i offenſam admittit perſpi cuitatē. Aut ſi excanduit radiis ſolis icta: uel ab ad calorē digytorū at tritu excitata eſt aut. palearū caſſa: aut cartarū folia ad ſe rapit: contu maciter ſculpturis reſiſtens. ac ſi quando inſignita eſt: dū ſigna impri mit quaſi quodā animali morſu partē cæræ retentat. Berillos in ſexan gulas formas indi atteruntur hebetē coloris lenitatē angulorū reper cuſſu excitent ad uigorē. Berillorū genus diuiditur in ſpeciē multifā riā eximii interuicente glauci & cerulei tpamēto quādā pferunt puri maris gratiā. Infra hos ſunt chryſoborilli qui languidius micātes au rea nube circunfunduntur. Chryſopraſos quoq; ex aureo & purpura ceo mixtā lucē trahentes æque berillorū generi adiudicauerunt. Hia cynthizontas. ſ. qui hicynthos prope referant & ipſos probant. Hos uero qui chriſtalis ſimiles capil lamentis obſcurantur intercurētibus hoc. n. uitio illorū nomē eſt hos ſcientiſſimi lapidū plebi dederunt: Indici reges hoc genus gemmarū in longiſſimos chylindros amant fingere eoſq; perforatos elephātorū ſetis ſubligani ac monilia habēt aut plerūq; ex utroq; capite inſertis aut eis umbilicis ut marcentē faci em ad nitelā incedant pinguiorē: quo per induſtriā metalo hinc inde addito fulgentiorē trahant lucē.

De traprobane inſula.

T Aprobanem inſulam anteq̄ temeritas humana exquiſito pe nitus mari fidem panderet diu in urbem alterū putauerunt: & quidē eū quem habitare anthiones crederētur. Verū Ale xandri magni uirtus ingnorantiā publici erroris nō tulit ulterius per manere ſed in hæc uſq; ſecreta propagauit noīs ſui gloriā. Miſſus igi tur Oneſicritus præfectus claſſis macedōiæ terrarum iſtam q̄ta eſſet quid gigneret: quo modo haberetur exploratā notitiæ noſtre dedit. Patet inlongitudinē ſtadiorum. vii. mil. inlatitudine. v. mil. Scinditur anne interfluo. Nā pars eius beſtiis & elephātis repleta eſt maioribus multo q̄ quos fert india. partē homines tenēt. Margaritas ſcatet & gē mis omnibus. Sita ē inter ortū & occaſum: ab eo mari incipit prætenta india. A praſi i indorum gente dierum uiginti quinque primo in eam fuit curſus: ſed cum papiraceis & nili nauibus illo pergeretur: mox curſu nauium noſtrarum ſeptem dierū iter factum ē. Mare uadoſum interiacet altitudinis non amplius ſenum paſſuum. Certis autem ca nalibus adeo altum adeo depræſſum ut nullæ unq̄ anchoræ ad pfun di illius ima potuerint peruenire. Nulla in nauigando ſyderum ob ſeruatio. utpote ubi ſeptentriones nequaquam aſpiciuntur. Vergiliæ nunquam apparēt. Lunam ab octaua in ſextam decimam tantum ſu pra terram uident. Lucet ibi canopos ſydus clarum & ampliſſimum Solem orientem dextra habent. occidendum ſiniſtra. Obſeruatione

itaque nauiganda nulla ſuppetente per quam ad deſtinata pergen-tes locum capiant. Veheunt alites quarum meatus terram petenti-um regeni di curſus magiſtros habent. Quatenis non amplius in an no menſibus nauigatur. aduſque Claudi principatum. De taproba-ne hæc tantum noueramus. Tunc enim foruna patefecit ſcientiæ ui am latiorem. Nam libertus anni Policami qui tunc rubri maris uecti gal adminiſtrabat arabium pethēs aquilonibus præter cramaniam raptus quintodecimo quidem die appulſus eſt ad hoc portumque in uectus qui hipporus nominatur. Sed deinde menſibus ſermonem perdoctus admiſſus eſt ad colloquia regis. Quæ compererat reporta uit: Stupuiſſe ſcilicet regem pecuniam quæ capta erat cum ipſo. quod tam: & ſi ſignata: diſparibus foret multibus: parem tamen haberet modum ponderis. Cuius æqualitatis contemplatione cum romam amicitiam flagrantius concupiuiſſet: thracia principe legatos aduſq nos miſſit. a quibus cognita ſunt uniuerſa. Ergo iidem homines cor porum magnitudine alios omnes antecedunt. Crines fuco imbuunt Ceruleis oculis: atroci uiſu: terrifico ſono uocis: quibus immatura mors eſt in annos centū æuum trahunt. Aliis omnibus annoſa ætas & pene ultra humanā extenta fragilitatem. Nulli aut per diē aut ante diē ſomnus. Noctis partē quieti deſtinant. Lucis ortū uigilia anteuer tunt. Aedificia modicē ab humano tollunt. Annona ſemper eodem tenore eſt. Vites neſciunt. Pomis abundant. Collunt herculē. In regi s electione nō nobilitas præualet: ſed ſuffragium uniuerſorū. Populus enim eligit ſpectatū moribus & inueteratæ clæmentiæ & iā anniſ gra uē. Sed hoc in eo queritur cui liberi nulli ſint. Nā qui pater fuerit eti-am ſi uita ſpectatus eſt nō admittitur ad regendum. Ac ſi forte dum regnat pignus ſuſtulit exuitur poteſtate: Idq eo maxime cuſtoditur ne faciat hereditarium regnum. Deinde etiam ſi rex maximam præ ferat æquitatem: nolunt ei totum licere. Quadraginta ergo recto-res accipit ne in cauſis capitum ſolus iudicet. Et ſic quoque ſi diſpli-cuerat iudicatum ad populum prouocatur. A quo datis iudicibus ſe ptuaginta fertur ſententia: Cui neceſſario acquieſcitur Cultu rex diſ ſimili a cæteris ueſtitur. Sirmate ut eſt habitus quo liberum patrem amici uidemus: Quod ſi etiam ipſe in aliquo peccato argutus ſit ac re uictus morte mulctatur. Non tamen ut cuiuſq attrectetur manu: ſed conſenſu publico rerum omnium inter dita ei facultate. Etiam collo quii poteſtas punito denegatur. Culture ſtudent uniuerſi. interdum uenacibus indulgēt nec plebeias agunt prædas: quippe cum tigrides aut elephanti tantum requirantur. Maria quoq piſcatióibns inquie tant: marinaſq teſtudines capere gaudent. Quarum tanta eſt magni

tudo ut ſuperficies earum domum faciat:& numeroſam familliã nõ arcte receptet. Maior pars inſulæ huius calore ambuſta eſt: & in ua/ſtas deficit ſolitudines: Latus eius mare alluit peruiridi colore: fruti coſum ita ut iube arborum plerũq; gubernaculis atterãtur. Cernũt latus ſericum demontium ſuorum iugis. Miranť aurum.& ad gra/tiam poculorum omnium gemmarum adhibent apparatum. Secãt marmora teſtudinea uarietate. Margaritas legunt plurimas maxi/maſq;. Conchæ ſunt in quibus hoc genus lapidum requiritur. Quæ certo ãni tpe luxuri ante cõceptuſitiũt rotẽ uelut maritũ cuius deſi/derio hiant. Et cũ maximæ lunares liquãtur aſpergimus oſcitationes quadã hauriũt humorẽ cupitũ: Sic cõcipiunt grauidæq; fiunt: ac de ſa ginæ qualitate reddunt habitus unionũ. Nã ſi purũ fuerit quod acce/perint cãdicant orbiculi lapillorũ. Si turbidum aut pallore lãgueſcũt aut ruſo inubilãtur. Ita magis de cælo q̃ de mari partus habet. Deni que quotiens excipiunt matutini aeris ſemen fit clarius margaritum Quotiẽs ueſpere fit obſcurus: q̃toq; magis hauſerit tanto magis pro/ficit lapidũ magnitudo. Si repãte micauerit coruſcatio intẽpeſtiuo me tu cõprimũtur: clauſæque ſubita formidie uitia contrahunt abortiua Aut.n. pparuuli fiũt ſcrupuli: aut inanes: Cõchis ipis ineſt ſenſus: par tus ſuos maculari timẽt. Cũq; flagrãtioribus radiis excãduerit dies: ne fuſcẽtur lapides ſolis calore ſubſidunt.& ſe pfũdis gurgitant ut ab æſtu uẽdicẽtur. huic tñ puidẽtiæ ætas opitulať. Nã cãdor ſenecta di ſperit:& grãdeſcẽtib us cõchis flaueſcũt margaritæ. Lapis iſte i aqua mollis ẽ unio durať euiſceratus. Nũq̃ duo ſimul repiuntur: Vñ uni onibus nomẽ datũ. Vltra ſimiunciales inuẽtos negãt. Piſcãtiũ iſidias timẽt cõchæ. Inde ẽut aut inter ſcopulos aut iter marinos canes plu timũ deliteſcãt. Gregatim natant. Certus examini dux eſt. Ille ſi cap tus ſit: etiã quæ euaſerint i plagas reuertuntur. Dat & india margari tas. Dat & littus britanicũ: ſicut Diuus Iulius thoracem quæ ueneri genetrici i templo eius dicauit: e britanicis margaritis factum: ſubie cta iſcriptione teſtatus eſt. Iolliã Paulinã Caii principis coniugẽ. uul gatũ ẽ hũiſſe turnicã ex margaritis ſextertio tũc q̃drigẽties æſtimatã Cuius parãdæ auaritia pr̃ ipius Manilius ſpoliatis oriẽtis regionibus exaſpauit. C. Cæſarẽ offẽdit Auguſti filiũ iterdictaq; amicitia princi pis ueueno iteirit. Illud quoq; expſſit uetus diligentia ꝙ ſylianis pri mum tpibus romã illati ſunt uniones:

De inſula euſea itinerario idico & ſinu pſico:& arabico.

AB inſula euſea ut cõſequẽs ẽ ad cõtinentẽ. Igiť a traprobane i diã reuertamur. Cõuẽit res indicas uidere. Sed ſi indicis urbi bus aut nationibus reſiſtamus egrediemur propoſitæ cõcinitatis mo dũ. pximã indo flumini urbẽ hũere caphiſam: quã Cyrus diruit. Ara

choſiam herimanto amni impoſitam Semiramis condidit. Caruſiam oppidũ ab Alexandro magno ad caucaſũ conſtitutũ eſt. Ibi & Alexan dria quæ patet amplius ſtadia triginta. Multa & alia ſũt ſed hæc cum eminentiſſimis. Poſt indos mõtanas regiones ictiophagi tenẽt quos ſubactos Alexãder magnus in reliquo abſtinere iuſſit a piſcibus. Nã antea ſic alebantur. Vltra hos deſerta carmaniæ perſis deinde atque ita nauigatio in qua ſolis inſula a rubens ſemper & omni aiantium ge neri inacceſſa. Quippe quæ nullum non animal illatu necet. Ex india reuertentes ab azamo carmaniæ fluente ſeptẽtriones primum uidẽt Achemenides in hac plaga ſedes fuerunt. Inter carmaniæ promonto rium & arabiã quinquaginta milia paſſuum interiacent. Deinde tres inſulæ circa quas hidri marini egrediũtur uicenum cubitum longitu dine. Dicendũ hoc loco quatenus ab alexandria egypti pergatur etiã uſq; indiã. Nile uehente copton uſq; ethesiis flatibus curſus eſt. Dein de terreſtre iter hydreum. Poſt tranſactis aliquot manſionibus bere nice ꝑuenitur ubi rubri mars portus eſt. Inde occeli arabiæ portus iã tangitur proximũ indiæ emporiũ excipitur & miri infamiæ piraticis factõibus. Deinde per diuerſos portus cottonare ſucceditur. Ad quã monoxilis lintribus piper uehunt petẽtes indiã ante exortum canis: aut ꝓtinus poſt exortũ nauigo media æſtate ſoluũtur. Reuertẽtes re nauigant decembri menſe. Secundus ex india uentus ẽ uulturnes ac cũ uentũ eſt in rubrum mare aut africus aut auſter uehunt. Spatium indie decies ſeptieſ centena & quinquaginta milia paſiuum proditur At carmaniæ cẽtum milia: cuius pars non caret uitibus. præterea hẽt genus hoĩum qui non alia q̃ teſtudinis carne uiuũt. Hirſuti comam facie tenus quæ ſola leuis eſt. Iidem coriis piſcium ueſtiuntur Chelo ophangi cognominati. Irrumpit hæc littora rubrum mare: idque in duos ſinus ſcinditur. Quorum qui ab oriente eſt perſicus appellatur: quoniam quidam habitauere perſidis populi uicies & ſexagies cente na milia paſſuum circuitu patens. Ex aduerſo unde arabia eſt alter a rabicus uocatur. Oceanum uero qui ibi influit azamium nominaue runt Carmaniæ perſiſ adnectitur: quæ incipit ab inſula a frondeſia ua riarum opum diues tranſlata quondam in parthicum nomen littore quo occaſui ſubiacet porrecta in milia paſſuũ quinquaginta. Oppidũ eius nobiliſſimum ſuſa: in quo templum ſuſiæ dianæ. A ſuſis barbi te oppidum centum trigintaquinque milibus paſſ. diſtat. In quo mor tales uniuerſi odio auri coemunt hoc genus metallicũ & abiciunt in terrarum profunda: ne polluti uſu eius auaritia corrumpant æquita tem. Hic inconſtantiſſimus terrarum modus nec immerito cum aliæ circa perſidem nationes ſchenis: aliæ paraſangis: aliæ in comparata

diſciplina terras metiantur : & incertam fide m faciat menſuræ ratio diſcors.

De parthia & ſepulchro Cyri.

Parthia quanta eſt a meridie rubrum mare a ſeptentrione hircanum ſalum claudit. In ea regna duo de uiginti diſſecantur in duas partes. Vndecim quæ dicuntur ſuperiora incipiunt ab armenio limite & caſpio littore protecta ad terras ſcytharum quibus concorditer degunt. Reliqua ſeptem inferiore : ſit enim uocitant habent ab ortu natius atianoſque carmaniam a die medio: medos ab occidũt ſolus plaga: a ſeptentrione hyrcanos. Ipſa autem media ab occaſu tranſuerſa utraque parthiæ regna amplectitur. a ſeptentrione armenia circundata: ab ortu caſpios uidet a meridie perſidem. Deinde tractus hic procedit uſque ad caſtellum quod Magi obtinent phydaſarchida nomine hic Cyri ſepulchrum.

De babylone & de recurſu ad oceanũ atlanticũ: In quo inſulæ gorgades heſperideſque atque fortunatæ.

Caldææ gentis caput babylonia eſt a Semiramide cõdita tam nobilis ut propter eã & aſſyrii & meſopotamii in babyloniæ nomen tranſierint: Vrbs ẽ ſexaginta milia paſ. circuitu patẽs muris circõdata quorum altitudo .cc. pedes detint Latitudo. l. ternis in ſinguloſ pedes digytis ultra q̃ menſura noſtra eſt altioribus. amne interluitnr eufrate. Beli ubi iouis templum : Quem inuentorum cæleſtis diſcipline tradidit etiam ipſa religio quæ deum credit. in æmulationem huius urbis theſiphontem parthi cõdiderunt. Tempus eſt ad oceani oras reuerti repreſſo in æthiopiam ſtilo. Namque ut atlanticos æſtus occipere ab occidente & hiſpania dudũ dixeramus ab his quoq; partibus mũdi. Vnde primũ atlantici nomẽ induant exprimi par eſt. Pelagus azanium uſq; æthiopum littora promouetur; Aethiopicum a maſſilico promontorio. Vnde rurſus oceanus atlanticus: Iuba igitur uniuerſæ partis quã plurimi propter ſolis ardorem peruiã negauerunt: facta etiam uel gentium uel inſularum cõmemoratione ad confirmandæ fidei argumẽtum omẽ illud mare ab india ab uſque gades uolũt intelligi nauigabile. Chori tamen flatibus cuius ſpiritus præter arabiam ægyptum mauritaniã euehere q̃uis quæ aut claſſem dummodo ab eo promontorio indiæ curſus dirigatur: quod alii leptanacram: alii drepanum nominauerunt: Addidit etiam ſtationũ loca: & ſpaciorum modũ. Nam abindica prominentia ad malicũ inſulam affirmauit eſſe quindecies centena milia paſſuum. a malicho ad ſceneõ ducẽta. xxv. milia. Inde ad inſulam adan adanũ centum quinquaginta milia. Sic conficies ad apertum mare decies octies cẽtena & ſeptuaginta milia. Idem optime plurimũ qui ob ſolis flagrãtiam maximam

partis iſtius regionē ferunt humano generi inacceſſam: Sic reluctatur
ut mercãtiũ ibi tranſitus infeſtari ex arabicis inſulis dicant quas ſcy-
thæ habent arabes quibus a re innata datũ nomē eſt: Nā bubalis utri
bus contabulatas crates ſuperponunt uectitatique hoc ratis genere
prætereuntes impetunt ſagittis uenenatis. Habitari etiam abdita æ-
thiopiæ aduſta trogloditarũ & ictiophagorũ nationibus. quarũ tro-
glodytæ tanta pernititate pollent: ut feras quas agitant curſu pedũ aſ
ſequantur. Ictiophagi nõ ſecus q̃ marinæ beluæ nando in mari ualent
ita exquiſito atlantico mari uſq; ad occaſum etiā gorgadũ Xenophõ
meminit inſularũ. Gargades inſulæ accepimus obuerſæ ſunt promõ-
torio quod uocamus heſperii ceras. Has incoluerunt Gorgones mõ
ſtra & ſane uſq; adhuc monſtruoſa gens habitat. Diſtant a continenti
bidui nauigatione. Prodidit deniq; Xenophon Lampſacenus Ham-
monē pœnorũ regē in eaſ permeaſſe. Repertaſq; ibi fœminas aliti per
nicitate atq; ex omnibus quæ apparuerant duas captas tã hirto atque
aſpero corpore ut ad argumentũ ſpectandæ rei duarũ cutes miraculi
gratia inter donaria Iunoni ſuſpenderit quæ durare uſq; in tempora
excidii carthaginenſis. Vltra gorgodes heſperidũ inſulæ ſunt: Sebo-
ſus affirmat dierũ quadraginta nauigatione in intimos maris ſinus
receſſerunt: fortunatas inſulas contra leuā mauritaniæ tradunt iacere
Quas Iuba ſub meridie quidē ſitas: ſed proximas occaſui dicit. De ha
rum nominibus expectari magnũ mirũ reor: ſed infra famā uocabu
li res eſt. In prima earũ cui nomē eſt noriõ ædificia non ſunt nec fue-
runt iuga montiũ ſtagnis madeſcunt. Ferulæ ibi ſurgunt ad arboris
magnitudinē. Earũ quæ nigræ ſunt expræſſæ liquorē reddunt amariſ
ſimũ: quæ candidæ ſucos reuomũt etiā potui accommodatos. Alterũ
inſulā iunoniā appellatā ferunt. In ea pauxillæ ædes humiliter ad
culmē faſtigiatæ. Tertia huic proximat eodē nomiue nuda omnia:
Quarto loco capraria appellatur enormibus lacertis pluſquam refer
ta. Sequitur niuaria aere nebuloſo & coacto. ac propterea ſemper niua
lis. Deinde canaria plena canibus forma etiā eminentiſſimis. Inde
etiā duo exhibiti Iubæ regi. In ea ædificiorũ durant ueſtigia. Auium
magna copia: nemora pomifera: palmeta cariotas ferentiā: multa nux
pinea larga mellia: annes ſalubres: piſcibus abundantes. Perhibent
etiā expui in eũ undoſo mari beluas. Deinde cũ monſtra illa putredi
ne tabefacta ſunt omnia illic inficiunt odore tetro. Ideoque nõ peni-
tus ad nuncupationē ſuā congruere inſularũ qualitatē.

F I N I S

Venetiis anno Domini. M. CCCC.
LXXXXVIII. die. x. Marci.

A 979682

colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A B C D E F G H I J K L M N
x·rite
mm
0 1 2 3 4 5 6